RVDIMENTA
GRAMMATICÆ HEBRÆÆ
Ad vſum Seminarij
PATAVINI.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA ROMA



VENETIIS, M. DC.LXXXI

Typis Vendraminis.
Apud Stephanum Mariam Magno.
Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

RVDIMENTA
GRAMMATICÆ HEBRÆÆ.
CAPVT. I.

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE

De literis.

§. 1.

GRAMMATICA eſt ars benè loquendi, Hebræis Hebraicè.

2. Partes ejus duæ ſunt, *Etymologia* & *Syntaxis.*

3. Etymologia eſt prima pars Grammaticæ, quæ *vocum ſingularum* proprietates explicat.

4 Vox eſt nota, quâ vnumquodque diſtinctè notatur: fitque ex *Syllaba*, vna vel pluribus.

5. Syllaba eſt ſonus vocis integer, cujus partes ſunt *Litera*, & *Vocalis.*

6 Litera eſt, quæ cum vocali ſonum integrum edit, vnde & *Conſona* dicitur.

Digitized by Google

7. Literæ ſunt viginti duæ, omnes Conſonæ:

Nomen,	*Figura.*		*Poteſtas.*	
Aleph	א	1	(')	*Spiritus tenuis.*
Bet	ב	2	b.u.	
Gimel	ג	3	g gh	
Dalet	ד	4	d dh	
He	ה	5	h (')	*Spiritus aſper primus.*
Vau	ו	6	v	*Conſona fortior quam* ב.
Zajin	ז	7	z	*leniſſimum.*
Cheth	ח	8	h	*Spiritus aſperior.*
Theth	ט	9	t	
Iod	י	10	j	*conſona.*
Chaph	כ	20	ch	
Lamed	ל	30	l	
Mem	מ	40	m	
Nun	נ	50	n	
Samech	ס	60	ſ	*acutum.*
Hajin	ע	70	h	*Spiritus aſperrimus.*
Pe	פ	80	p. ph	
Tzade	צ	90	tz	
Koph	ק	100	K	
Res	ר	200	r	
Schin	שׁ	300	ſch	
Sin	שׂ		ſ	
Tau	ת	400	th	

8. Litera

Digitized by Google

8. Litera שׂ irreptitia eſt, non originalis, partim ex prava prolatione שׁ nata, partim pro ס poſita.

(9. Hæ literæ diuiduntur in vndecim *Radicales* ſcil. ג ד ז ח ט ס ע פ צ ק ר; & in totidem *Seruiles*. à ſeruiendo ſic dictas, quæ tribus nominibus propriis מֹשֶׁה וְכָלֵב אֵיתָן *Moſche Vecaleb Ethan*, memoriæ cauſâ, includuntur.)

10. Quinque in fine vocum aliter ſcribuntur, vnde literæ *Finales* (ſiue *biformes*) vocantur: nempe כ מ נ פ צ

Finales ך ם ן ף ץ

(Hæ vulgò vocantur literæ *Camnephaz*. Sed excipiunt tria loca, ſcil. *Ieſ*. 9.7. vbi eſt ם in medio; *Neh*. 2. 13. vbi eſt מ in fine; & *Iob*.38. 1. vbi eſt נ in fine.)

11. Diſtribuuntur ab Hebræis in quinque ordines, juxta quinque organa, quæ diſtincta ſingularum prolatione occupantur.

אהחע (*Ahachah*) Literæ gutturis ſiue Gutturales, quia ſpiritum valent, qui in gutture formatur.

דטלנת (*Datlanath*) Literæ linguæ ſiue linguales.

גיכק (*Gichak*) Literæ palati ſiue palatinæ.

זסצרש (*Zaſſcheratz*) Literæ dentium ſiue dentales,

בומף (*Bumaph*) Literæ labiorum ſiue labiales.

 (Gut-

(Gutturales & Labiales præcipuè ſunt ſcitu neceſſariç.)

12 Hinc conſectarium, vſus in omnibus linguis celeberrimi: *Literæ vnius organi facilè inter ſe commutantur.*

12 Literæ אהוי ſæpè conſonarum Valorem amittunt, & otioſæ, quoad pronunciationem in voce exiſtũt, quod Hebręi dicunt *Quieſcere* & inde *Literæ Quieſcentes* tunc vocãtur. Vulgo אהוי *Ehevi*, ſiue יהוא *Iehu*, memoriæ cauſâ appellantur. (Et in his ſequentibus quieſcunt:

Primò. Literæ א & ה non punctatæ quieſcunt; vt בָּרָא *creauit*, & צְדָקָה *Iuſtitia.*

Secundò. Iod poſt Zere & Sægol quieſcit: דִּבְרֵי *verba*, & דְּבָרֶיךָ *verba tua.*

Tertiò. Vau cum Cholem ſine alia vocali ſubſcripta quieſcit: vt טוֹב *bonus.*

14. Quinque literæ אֵהֲוִין (*Ebeuin*) ſunt paragogicæ, & fini vocum euphoniæ cauſa ſæpe adduntur.

15. Sex ſunt literæ תהלרם (*Tehilram*) dilatatæ, quæ nonnunquam vel elegantiæ cauſa, vel ad complementum lineæ (quæ voce diviſa nunquam finiri ſolet) dilatantur.

16 Literæ reſpectu numeri quadrupliciter diſtribuntur. 1. In Monadicum. 2. In Denarium. 3. In Centenarium, & 4. In Millenarium, tali modo.

1. Monad.

1. *Monad.*		2. *Denar.*		3. *Cent.*		4. *Millen.*	
א	1	י	10	ק	100	א̇	1000
ב	2	כ	20	ר	200	ב̇	2000
ג	3	ל	30	ש	300	ג̇	3000
ד	4	מ	40	ת	400	ד̇	4000
ה	5	נ	50	ך	500	ה̇	5000
ו	6	ס	60	ם	600	ו̇	6000
ז	7	ע	70	ן	700	ז̇	7000
ח	8	פ	80	ף	800	ח̇	8000
ט	9	צ	90	ץ	900	ט̇	9000

17. Numerus monadicus componitur cum denariis & centenariis; vt יא 11, קא 101. & ſic porro: ſed pro יה 15. ponitur טו, ne nomen divinū יָה *yah* (vtaiunt Hebręi) prophanetur.

18. Ordo literarum Hebraicarum nititur authoritate Diuina: nam in nonnullis Capitibus Veteris T. verſiculi à literis Alphabeti hoc ordine incipiunt: ex. gr. Caput primum Threnorum continet 22. verſus, quorum ſinguli à literis Alphabeti incipiunt. Vide etiam Cap. 2. 3. & 4. Sed in Pſalmo 119. ſemper octoni verſus eadem Alphabeti litera conſtant.

19. Si quis commodè & rectè Hebraicas lite-

ras velit pingere, is vtatur pennâ obtuſâ, (nam literæ Hebraicæ ſunt craſſæ) cujus cuſpis verſu pollicem eſt breuior.)

CAP. II.

De Vocalibus. §. 1.

VOcalis eſt, quæ per ſe ſonum edit: eſtque *Propria* vel *Impropria*.

2. Propria, quæ ſemper vocalis eſt: eſtque *Longa* vel *Breuis.*

3. Longa, quæ producto ſono effertur: eſtque *quintuplex.*

4. Breuis, quæ correpto, & eſt itidem *quintuplex*, vt

Longæ.	*Breues.*
Kametz אָ A obſcurum.	*Patach* אַ A clarum.
Tzere אֵ E purum & ſiccum.	*Segol* אֶ E impurum & dilutum.
Chirek longum אִי I,	*Chirek breue* אִ I,

Digitized by Google

Longę.		*Breues.*	
Cholem	אֹ וֹא O,	*Kametz-chatuph*	אָ אֳ
SchureK	וּ V.	*Kibbutz*	אֻ V.

Quomodo figura Kametz-chatuph (*) à Kametz longo diſcernenda ſit cap. 4. & 5. patebit.

5. Cholem etiam ſæpiſſimè per puncta literę שׁ & שׂ deſignatur; ita vt punctum illud ſimul & literam notet; & pro vocali vſurpetur. Fit hoc in שׁ, quando pręcedens litera vocali caret; vt מֹשֶׁה *Moſche*, עֹשֶׁר *Oſcher*; in שׂ, quando ea ipſa nullum aliud punctum vocale adjunctum habet; vt, שֹׂנֵא *Sòne*, מְשַׂנְאַי *Miſſoneài*. Quandoque etiam eadem litera vtrinque punctum geſtat, ſic שׁׂ quorum alterutrum pro Cholem ſumendum, vt, שֹׁנֵא *Schòne*, עֹשֶׂה *Hoſeh*, Vide infrà cap. 4.

6. Impropria vocalis eſt, quę vel *non ſemper*, aut *non omnium literarum* vocalis eſt, eſtque *Simplex* vel *Compoſita*.

7. Simplex dicitur *Scheua*, & duobũs pũctis perpen-

perpendicularibus literæ ſubjicitur, אְ valetque E breviſſimum, quod rapidè effertur, Vulgò vocatur *Schèva mobile*.

(8. Quatuor literæ Seruiles וכלב (*Vecaleb*) in principio regulariter habent tale Sceva: vt, בְּמָקוֹם *in loco*.)

9. At Scheva non legitur: 1. *poſt vocalem breuẽ*: vt פִּקְדוּ *Pikdu*.

2. *Poſt vocalem longam accentu tonico notatam*: vt תִּפְקוֹדְנָה׃

Et 3. *In fine dictionis geminum* etiam vocalis naturam deponit, docetque tantum, conſonam ſuam eſſe cum præcedenti in vnam ſyllabam conjungendam. Hinc appellatur *Schevà quieſcens* ſiue *mutum*.

(10. Ergo Scheva è contrà legitur. 1. A principio dictionis: vt בְּרֵאשִׁית

2. Poſt vocalem longam: vt פּוֹקְדִים

3. Poſt alterum Scheva: vt יִפְקְדוּ

4. Sub litera Dageſſata: vt פִּקְּדָה *PiKeda*.

11. Compoſita vocalis eſt, quæ conſtat ex Scheva & vocali breui: eſtque *triplex*.

Chatef-patach אֲ A
Chatef-ſegol אֱ E } *celerrimè pronunciationis*.
Chatef-kametz אֳ O

12. Hæ

Digitized by Google

12. Hæ propriæ literarum gutturalium ſunt, quibus adhibentur loco Scheva ſimplicis, commodioris pronunciationis cauſa. Impropriè & irregulariter quandoque aliæ literæ Alphabeti eas poſſident. Hæ quatuor in genere vocantur *vocales breuiſſimę.*

(13. Ergò vocalis longa quaſi tribus momentis, breuis quaſi duobus, & breuiſſima quaſi vnico momento pronunciatur.

14. Aliqui non ſinè ratione aſſerũt Kamez-Chatuf vulgo vitioſè ſcribi cum duobus punctis, eodem nempè modo vti Chatef-Kametz; aiũtque illum morem eſſe excogitatum in gratiam tyronum, ne Kametz-chatuf cum Kametz confunderent: hinc in acuratiſſimis Bibliis Kametz-chatuf ſine duobus punctis more antiquo depingitur. Attamen quia Kametz-chatuf in vulgaribus libris; & in non nullis Bibliis atque Grammaticis vulgo cum duobus punctis exarari ſolet, ideo ea in enumeratine vocalium cum duobus punctis etiam depingi ſolet.)

Cap. III.

De Dageſch & Mappik 1.

Ventri literarũ inſcribitur punctum, pronunciationi ipſarũ inſeruiens, diciturque vel *Dageſch* vel *Mappik.*

2. Da-

2. Dageſch duplex eſt: *Lene* vel *Forte*.

3. *Dageſch lene* eſt, quod ſex literas בגד כפת (quæ memorię cauſa *begad-Kephath* vocātur) per ſe aſpiratas, facit tenues, aſpirationem ab iis tollendo: ut, בָּ ba, גֵּ ge, דִּי di פִּי pi, תֻּ tu.

Fit hoc 1. in principio verſuum: vt בְּרֵאשִׁית *Gen.* 1.1.

2. Ab initio dictionis quoties pręcedens dictio terminatur litera mobili: vt. בְּרֵאשִׁית בָּרָא

3. In media dictione poſt Scheua quieſcēs: vt אֶצְבַּע Attamen hæ duæ poſteriores regulæ multas patiuntur exceptiones.

4. Olim autem, quando aſpiratæ eſſēt, notabatur ſuper illas virgula tranſuerſa, quam *Raphe* vocabant, vnde *Litera raphata*, id eſt, aſpirata. Exempla vide Exod. 20. verſ. 9, 13, 14, 15. in

כָּל־, תִּרְצָח, תִּנְאָף, & in תִּגְנֹב. Adhibitam adhuc cernere eſt in quibuſdam veteribus Bibliorum editionibus Conſtantinopoli impreſſis: in recentioribus autem libris planè exoleuit.

5. Veteres Grammatici literis aſpiratis acceſent quoque Reſch, & ſic ſeptem numerant בגד כפרת. Aſpirationem eam in ſe continere patet ex lingua Græca, in qua cum ſpiritu aſpero notari ſolet &c.

6. *Dageſch forte* eſt, quod literam pronunciatione

tione geminat. Habet locum in omnibus literis, exceptis gutturalibus & ר.

7. A ſex præcedentibus בגד כפת etiam aſpirationem tollit, vt ipſum dageſch lene. Eſt autem dageſch in illis forte, quandocunque non præcedit Scheua: vt נִגַּשׁ *Niggaſch*. Aliàs præcedente Scheua eſt Dageſch lene: vt פָּקַדְתָּ.

Hinc de literis gutturalibus cum dageſch forti analogicè notandis obſeruetur hæc

R E G V L A

Literæ gutturales אהחע *&* ר, *ad indicium & complementum excluſi Dageſch, præcedentem vocalem breuem plerunque in longam conuertunt, ei analogam; chirek in Tzere; Patach in Kametz; Kibbutz in SchureK vel Cholem.* vt cap. ſequenti videbitur: ex. gr. בֵּרֵךְ pro בִּרֵךְ; יְבָרֵךְ pro יְבַרֵּךְ; יְבֹרַךְ pro יְבֻרַּךְ &c.

(8. Dageſch forte eſt quadruplex. Primum eſt *Compenſatiuum*, quod compenſat literam aliquam abjectam: vt יִפּוֹל pro יִנְפּוֹל.

Secundum eſt *Characteriſticum*, indicans Conjugationes: vt פִּקֵּד, פָּקַד.

Tertium eſt *Demonſtratiuum* poſt הַ: vt הַדָּבָר.

Quartum eſt *Euphonicum*, quod ſolius euphoniæ cauſa literæ inſcribitur: vt מִקְּדָשׁ.

9. Vox penacuta in ךְ, תָּ, הָ vel הֶ finita, ſæpè

ſæpè imponit primæ literæ dictionis ſequentis Daghes Euphonicum: vt יְהַלְלוּךָ סֶּלָה *laudabunt te*, Pſal. 84. 5. מָשַׁחְתָּ שָּׁם *vnxiſti illic*, Gen. 31.13. יַמָּה סּוּף *Mare Suph*, Exod. 10. 19. עֹשֶׂה לָּךְ *facit tibi* Gen. 31. 12.

Idem etiam fit poſt מַה & זֶה: vt מַה־טּוֹב: וְזֶה־לָּךְ

10. Daghes forte regulariter ſcribitur poſt vocales breues, irregularitèr & rarò poſt longas, ſed nunquam poſt breuiſſimas, niſi in vnicà voce שְׁתַּיִם *duæ*.)

11. *MappiK* eſt punctum, quod literæ י & ה inſcriptum, docet eas genuino ſuo ſono efferendas, quæ ſine eo quieſcerent. Literæ י inſcribitur in media dictione poſt ChireK, & literæ ה in fine vocis tantum, vt cap. ſequenti fuſius declarabitur.

(12. Nonnulli putant punctum literæ Iod inſcriptum, etiam poſt ChireK, eſſe ſemper Daghes forte.)

Cap. IV.

De Syllaba & legendi ratione.

§. 1.

SYllaba eſt conſonæ & vocalis, in vnum ſonum conjunctio. Conſona ſyllabam ſemper inchoat, à dextra verſus ſiniſtram.

.2 Syl-

2. Syllaba eſt *Simplex* vel *Compoſita*.

3. *Simplex*, quæ ex vna cōſona & vna vocali conſtat: vt אֵלִי *E-li*, הָיִיתִי *ba-ij-thi* שָׂנֵא *ſo-ne*, vbi punctum literę ש ſimu' & literæ & vocalis nota eſt, quia ea litera aliud punctum vocale adjectum non habet: שֹׁנֶה *ſcho-ne*, vbi poſterius punctum ſupra literam שׁ neceſſariò per Cholem legendum: בָּרָאתִי *ba ra-thi*, vbi בּ habet Daghes lene, ideoque valet nudum b, & א in medio quieſcit: קֹוֶיךָ *Ko-ve-cha*, vbi ſuperius punctum ad ק pertinet, non autem ad ו, quia ea propriam vocalem Sægol ſubiectam habet, cum qua, vt conſona, effertur. Porrò de literis vocali deſtitutis obſeruetur hæc.

REGVLA.

Literæ vocali deſtitutæ, quieſcunt, nec tamen propterea otioſę aut ſuperfluæ ſunt, ſed pertinent ad ſubſtantiam & eſſentialem formam vocis, quæ ſine illis non eſſet integra.

4. *Compoſita* Syllaba eſt, quando plures conſonæ in vnam ſyllabam conjunguntur. Fit hoc in vniuerſum per Scheva ſimplex, & ſub gutturalibus per Scheva compoſitū· Hæc enim puncta p ſe ſtatam & ſeparatam ſyllabam nunquã efficiunt, ſed ſuas conſonas aliis adjungunt: vt, פְּרִי *peri*, quaſi *pri* non diuiſim *pe-ri*, & ſic ſem-

per

per efferendum. Scheua quando vocale eſt : יְבָרְכוּ *Ieba-rechu*: ſed in הִפְקַדְתִּי *hiph-kad-ti*, Scheua poſt vocalem breuem quieſcit, ת poſt Scheua quieſcens cum dageſch leni notatū, per nudum T efferendū, vt antecedente capite dictum. In תַּחְתִּיָּה *tach.ti-ja*, י cum Mappik poſt Chirek notatum, per conſonam efferedū eſt, cum abſque eo quieſceret, quippe vocalē longam conſtituens, & ſic etiam vltima ſyllaba à vocali Kametz inciperet, quod contra regulam eſt principio capitis traditam. Sic Mappik in ה vocis אִשָּׁהּ *I-ſchah*: etſi Iudæi Mappik in hac forma, pręcedente Kametz, negligant, & ſimpliciter pronūcient *Iſcha*, ה quieſcēte, quod ſine dubio vitioſè fit.

5. Literæ vltimæ uocum mobiles rarò cū Scheua notantur: ut in his בָּרַךְ *ba-rach*, שָׁאַלְתְּ *Scha-alte*. Cùm non habent Scheua, habere intelliguntur. Semper autem literæ ultimæ mobiles præcedenti adjunguntur: ut, שֻׁלְחָן Menſa: לֶחֶם Panis. In his ſub Nun & Mem ſubintelligitur Scheua.

6. ח & ע in fine uocis ſæpe ſub ſe aſſumunt Pathach, quod ante eas pronunciatur: vt, מָשִׁיחַ *Maſchiach*, יָדוּעַ *Iadhuah* Vulgò vocatur פַּתַח גְּנוּבָה *Patach genuba*, id eſt, furtivum

7. ה cum

7. ה cum MappiK id aliquando imitatur : vt, אֱלֹהַּ *eloah*, Deus: מַגְבִּיהַּ *maghbiah*, exaltans.

(*Excipe:* Si ſub præcedenti litera eſt Kametz, vel Patach, tum hæ החע literæ ſub ſe non recipiunt tale Patach: vt, יָדַע, מֹשֶׁה, רָע, גָּבֹהַּ)

8. Gutturales nunquam admittunt Scheua vocale, benè quidem Scheua mutum, ſeu quieſcens. Aliàs Scheua compoſitum ipſarum proprium eſt, vbi Scheua requiritur, vt dictum: vt, הֲבוּ *hauu*, אֱמוּנָה *emu-na*, חֳלִי *Choli*. Hinc præcedens litera communiter ſuſcipit eam vocalem breuem, quæ ſub gutturali eſt compoſita cum Scheua, quod vulgò efferunt hac

REGVLA:

Litera gutturalis punctat ſe & præcedentem: vt, אַהֲבָה *a-haua*, בֶּאֱמוּנָה *be-emu-na*; At Kametz-chatuph hic ſemper per nudum Kametz ſcribitur, quod ex præcedenti regula per O legendum: vt, אָהֳלוֹ *O-holo*.

(Hæc regula valet, quando ſub præcedenti litera requiritur Scheua mobile: vt, וַאֲנִי *& ego.*)

9. Craſis ſiue contractio duarum vocalium in vnam, fit in tribus vocalibus, ſcil. in בֵּאלֹהִים

pro בֵּאלֹהִים *in Deo*: in לֵאמֹור pro לֶאֱמוֹר *Dicere*; & in לַאדֹנָי pro לַאֲדֹנָי *Domino meo*. (Craſis magis fit in his tribus quàm in aliis vocibus: quia crebrò in V. T. occurrunt.) Sic לַיהוָה quod legendum לַאדֹנָי. (Alii tamen judicant nomen לַיהוָה ita, prout ſcribitur, eſſe efferendum.) V. in fine Exerc. Pſ. 34.

10. Porrò duæ vocales breuiſſimæ continuò legi nunquam poſſunt, vnde nec duo Scheua ab initio vocis ponuntur, nec poſt Scheua compoſitum Scheua ſimplex in media voce vnquā ſequitur. Attamen analogia vocum vtrumque ſæpe poſtulat, & tunc obſeruanda eſt hæc.

REGVLA.

Si duplex Scheua ab initio concurrit, prius mutatur in ChireK aut in Patach vel Segol ſub gutturali: vt לִשְׁבֹּעַ pro לְשְׁבֹּעַ; אַבְנוֹ pro אְבְנוֹ; חֶלְקוֹ pro חְלְקוֹ.

Sed & alterum Scheua, ſi ſub י fuerit, tollitur: vt בִּיהוּדָה *bi hu-da* pro בְּיְהוּדָה.

11. Si in media dictione poſt Scheua compoſitum ſequatur Scheua ſimplex, tunc compoſitum neceſſariò reſoluitur, & quidem vel in ſuā breuem, vel in nudum Scheua: vt, תַּהַרְגוּ

ta-

ta-har-gu, יֶאְשְׁמוּ *je-ſchemu.*

12. Sæpè tamen etiam ſola euphoniæ cauſa Chateph-pathach & Chateph-ſægol mutantur in Scheva: vt, יֶהְגֶּה pro יֶהֱגֶּה.

13. Dageſch forte ſyllabæ compoſitæ facit quoddam compendium: vt, הֻגַּשׁ *hug-gaſch*, pro הֻנְגַּשׁ De *dageſch* forti notētur hę Regulę.

I.

Scheua poſt vocalem breuem, ſub litera dageſſata: vt, גִּלְּתָה *gil-leta*, pro גִּלְלְתָה.

Poſt vocales longas raro dageſch forte adhibetur, quia in longis vocalibus ſonus integer ſyllabæ abſoluitur; aliquando tamen etiam poſt eas reperitur.

II.

Dageſch forte *ex gutturalibus, &* ר *excidens, plerumque præcedentem vocalem breuem in longam conuertit: vt* בֵּאֵר pro בִּאֵר.

III.

Dageſch forte etiam ex litera ſchevata, euphonię cauſa ſæpè excidit, ex. gr, יְבַקְשׁוּ *pro* יְבַקְּשׁוּ.

14. Denique *Diphthongorum* doctrina ſyllabæ compoſitæ affectio quædam eſt, Hinc nata eſt hæc

REGVLA.

Vau, & Iod poſt Kametz, Tzere, & Chirek in fine vocum, vocalis quodammodo naturam induunt,

cum, vocalis quodammodo naturam induunt, & cum vocalibus iſtis in diphthongum coaleſcunt:

(§. 15. *Vau* triplicem diphthongum facit: vt עֵשָׂו *Eſav,* שָׁלֵו *ſchalev,* פִּיו *piv.* Iudæi tamen in eis nullam diphthongum agoſcunt; ſed ו vt conſonam u proferunt, *Eſau, ſchaleu, piu.*

16. *Iod* itidem triplicem dipthongũ facit: vt, פָּנַי *panai,* גּוֹי *goi,* גָּלוּי *galui.* Attamen & hîc à quibuſdam dubitatur. Irregulare eſt יְרוּשָׁלַםִ quod ſcribendum, & legendum יְרוּשָׁלַיִם *Ieruſchalaijm,* ex Ierem. 26.18: item יְרוּשָׁלַמָה quod legendum, יְרוּשָׁלַיְמָה ex 2.Paralip.32.9.

Cap. V.

De Accentibus.

§. 1.

Vocis communes affectiones ſunt *Accentus,* & *Notatio.*

2. *Accentus* eſt nota, quę vocis ſonum convenienter moderatur: eſtque *Tonicus* uel *Euphonicus.*

3. *Tonicus:* qui ultimam, uel penultimam ſyllabam acuit. Hunc nos recta uirgula, ad ſyllabam acuendam, docendi causâ in hoc libello exprimemus. Vox in vltima habens accentum, uocatur uulgò Chaldaicâ uoce מִלְּרַע *milrah:* in penultima, מִלְּעֵיל *milhel.*

4. Tonici accentus ſunt *vigintiquinque*, quorum *quatuordecim* ſupra vocem, *vndecim* infra vocem notantur, hoc modo:

Supra vocem.

1 א Paſchta.	8 א Reuiha.
2 א Kadma.	9 א ZaKeph gadol.
3 א Gereſch: Teres: Aſla.	10 א ZaKeph Katon.
4 א Geraſchaijm.	11 א Sægolta.
5 א *Teliſchaketanna. Talſcha, Tarſa.*	12 א Pazer Gadol.
6 א *Tilſcha gedola.*	13 א ZarKa.
7 א Karne Phara.	14 א Schalceleth.

Infrà vocem.

15 א MerKa: Maarich.	21 א Teuir.
16 א MerKa Kephula.	22 א Darga.
17. א Tiphcah: Tarcha.	23 א Athnach.
18 א Munach.	24 א Ierach.
19 א Mahpach.	25 א SilluK.
20 א Iethiu.	

5. Vſus horum triplex eſt: 1 deſignant *muſiçam*, ſiue rationem cantus apud Iudæos: 2 *legitimam pronunciationem* cujuſque vocis, in ſyllabę alicujus eleuatione: vt פָּקַד *pakàd*: 3 *Diſtinctionem ſententiæ* in certa membra. Primus vſus Iudæis relinquitur. De ſecundò hìc obſeruentur hæ REGVLAE.

I.

Quæ ſyllaba accentu tonico notata eſt, ea acuitur.

Excipe *Teliſcha gedola*, qui primam vocis literam ſemper occupat; *Tiphcha* quando in Iobo, Pſalmis, & Prouerbiis initio vocis ponitur: item *Paſta*, *Teliſcha Ketanna*, *Sægolta*, *ZarKa*, qui vltimæ vocis literæ ſemper adhęrēt, nec tamen eas ſyllabas ſemper afficiunt. Quæ autem ſyllaba cum illis acuenda ſit, id ex analogia flexionis,& proprietate vocis ſciendū eſt.

II.

Eiuſdem accentus in eadem voce geminati, prior ſyllabam acuit: vt, תֹּהוּ tòhu.

III.

Diverſorum in eadem voce accentuum poſterior acuit, prior euphoniæ inſeruit: vt וְהָעֵצִים vehaetzìm.

IV.

Accentus tonicus, vocali longæ additus Scheva ſequens conſtituit quieſcens: תָּגְלֶנָה tagelna.

6. Tertius vſus ad Syntaxin pertinet, quæ docet orationem in ſua membra rectè diſtinguere. Sic autem diſtribuuntur in *Miniſtros* & *Reges*.

7. *Miniſtri* ſunt, qui orationem continuant & promouēt ad commodū membrum: ſuntque octo *Munach*, *Mahpach*, *Merca ſimplex*, *Merca duplex*, *Darga*, *Ierach*, *Kadma*, *Teliſcha-Ketanna*,

8. *Reges* ſunt, qui ſpiritum vel leuiculè ſuſpēdunt, aut plenius ſiſtunt, deponuntque, & ſermonē aliquo membro incīdunt: ſuntque ſeptendecim reliqui; *Silluk*, *Athnach*, *Reuia*, *Zakeph-katon*, *ZaKeph-gadol*, *Segolta*, *ZarKa*, *Geraſchaÿm*, *Paſta*, *Pazer*. *Schalſcheleth*, *Teliſcha-gedola*, *Karne-phara*, *Tipcha*, *Teuir*, *Iethiu*.

9. Ex his communiter ad comma ſiue Inciſū adhibentur, *Reuia*. & *ZaKeph Katon* & in verſibus longioribus *Segolta*: ad Colon, *Athnach*; ad Periodum ſiue Verſum abſoluendū, *Silluk*, quem & *Soph-paſuk* vocant.

10. Hi, ob pleniorē ſpiritus in pronunciando depoſitionem, dicuntur *Pauſæ*, quarum in immutandis vocalibus non exigua vis eſt, vt in fine hujus libri oſtenditur. Hic obſeruetur & iſta

REGVLA.

Literæ בגד כפת *Begad-Kephath poſt vocem vocali longa, aut litera quieſcente finitam, ac quolibet accentu rege notatam, Dageſch lene accipiunt*: vt, אֲשֶׁר אִתּוֹ בַּתֵּבָה Et quicquid erat cum ipſo in arca, *Gen.* 7. 23. Alias ſic aſperatæ manent, vt dictum cap. 3.

§. 11. Hæ voces accentū in vltima ſyllaba obtinent:

1. Quæ vtrāque ſyllabam habent longam:

vt דָּבָר *verbum*, חָפֵץ *voluit*.

2. Quando prior ſyllaba habet Scheua, vel Scheua compoſitum loco ſimplicis: vt דְּבַשׁ *mel*, אֲגַם *ſtagnum*.

3. Quando media radicalis eſt notata puncto Dageſch: vt גִּבּוֹר *fortis*.

4. Quæ in ה fœmininũ deſinunt præcedente Kametz: vt בְּרָכָה *benedictio*.

5. Tertia perſona fœminini Gen. in Verbis, in ה deſinens: vt פָּקְדָה *illa viſitauit*.

6. Secundę perſonę pluralis numeri, vtriuſque Generis Prętoriorũ: vt שְׁמַרְתֶּם *Vos cuſtodiuiſtis*.

7. Tertiæ perſonæ Præteriti pluralis numeri, in Vau Schurek deſinentes: vt פָּקְדוּ: excepto tamen Hiphil: vt הִפְקִידוּ.

8. Omnia verba per omnia Tempora & Modos, quando non accedit augumentũ: vt פָּקַד פּוֹקֵד, פָּקוּד.

9. Omnia Nomina, & Participia pluralia maſculina, & fœminina: vt דְּבָרִים *verba* צְדָקוֹת *juſtitiæ*: פּוֹקְדִים, פּוֹקְדוֹת *viſitantes*.

§ 12. Hæ voces ſequentes accentum in ſyllaba penultima poſſident.

1. Nomina quæ conſtant duplici Sægol: vt דֶּרֶךְ *via*.

2 Quæ

2. Quæ conſtant vocali Sægol, & Patach loco Sægol; vt סֶלַע *Saxum.*

3. Quæ conſtant duplici Patach pro duplici Sægol: vt נַעַר *puer.*

4. Nomina quæ primam efferunt per Tzere ſequente Sægol: vt חֵלֶק *pars.*

5. Quæ ה paragogicum fini adjiciunt: vt לַיְלָה *nox*, pro לַיִל.

6. Quādo ה locale additur: vt אַרְצָה *terrā verſus*,

7. Quando additur duplex terminatio fœminina: vt יְשׁוּעָתָה *Omnimoda ſalus.*

8. Voces polyſyllabæ, gemino Sægol finitæ; vt עוֹמֶרֶת.

9. Secundę & primæ perſonæ Præteritorū Sing. num. maſc. & com gen. & prima perſona pl. numeri: vt עָמַדְתָּ *ſtetiſti*, עָמַדְתִּי *ſteti*, עָמַדְנוּ *ſtetimus*.

10. Nomina dualia: יָדַיִם *duæ manus.*

11. Quando prima ſyllaba habet vocalē longam ſequente vocali breui, vt אֹהֶל *tentorium.*

12. Sex affixa נִי נוּ הוּ הָ נוּ נָה Sed cætera habent accentum in vltima.)

13. *Euphonicus* eſt, qui tonico pręmiſſus ſuauiorē pronūciationē efficit. Is vnicus eſt & *Metheg* di-

dicitur, vel *Gàjah*, rectaque virgula ſub literâ notatur. Ejus vſus eſt, vt vocalem, cui adjunctus eſt, decorè ſuſpendat: vt, הָיְתָה hàietha.

Vocalibus longis ante Scheua addi ſolet: vnde hæc

REGVLA

Kametz ante Scheva abſque Metheg, breve eſt, id eſt, Kametz-chatuph: vt, חָכְמָה *Chochmà*; at cum Metheg חָכְמָה *Chàchema*.

Incuria tamen typographica non rarò id omiſit: ſic in Hagiographis rariſſimè vſurpatur, vnde ad analogiam vocis, & ſenſũ attendendũ, quando A, vel O eſſe debeat.

Metheg etiam ſemper additur vocalibus ante Scheua compoſitum: vt, יַעֲשֶׂה *Iahasè*: יֶאֱסוֹף *Iebeſoph*.

Metheg ſæpè mutatur in accentũ tonicum; vnde ſuperior regula tertia nata eſt.

(14. Metheg à SilluK diſtinguitur ſitu: nam SilluK tantũ vltimæ, vel penultimæ ſyllabę verſuũ ſubſcribitur, ſed Metheg vbique in ver ſibus pingitur, exceptis illis duabus vltimis ſyllabis.

15. Datur præterea accentus euphonicus: פָּסֵק *paſek*, *vel* פְּסִיק *peſiK*, (inhibens celeritatem pronunciationis, qui inter duas voces pingitur tali modo וְאֵיבָה׀ אָשִׁית *Gen. 3.15.*)

16. Du-

16. Duplex porrò hic euphoniæ ſpecies: *Prima*, Accentus tonici ablatio. Tunc duæ pluresſve voces virgula tranſuerſa conjunguntur, vt cum poſtremæ vocis accentu venuſta pronunciatione coaleſcant. Virgula iſta vocatur *MaKKaph*: vt, וְאַף־גַּם־זֹאת *veaph-gam-zoth*, Leui. 26.44. De MaKaph ſunt duæ

REGVLÆ.

I.

Cholem, et Tzere, ſequente conſona mobili, in fine vocis, ante MaKaph corripiuntur; illud in Kametz-chatuph, hoc in Sægol: vt כָּל־ *col* pro כֹּל, אֶת־ pro אֵת.

II.

Kametz ante MaKaph breue eſt id eſt, Kametz-chatuph: vt כָּל־ *col*, יָקָם־ *IaKom*, quæ accentu proprio notatæ, ſcribuntur, כֹּל, יָקוֹם. Sic etiā אֵת.

17. *Secunda*; accentus trajectio. Nam vox monoſyllaba aut biſyllaba penacuta, ſępiſſimè reijcit accentū præcedentis dictionis ex vltima in penultimā: vnde Cholē, & Tzere rurſus corripiuntur, vt antè. Hinc iſta regula: *Kametz vltimæ ſyllabæ, ante conſonam mobilem accentu deſtitutum, breue eſt*, i.e. Kametz-chatuph, ut, וַיָּקָם לָךְ *vejaKom-lach*, Iob. 22. 28.

§ 18. Accentus ex vltima ad penultimā ſyllabam

bam retrahitur, accuratè loquendo, propter quatuor rationes:

1. Quando ſequitur dictio monoſyllabica: vt וַיָּקָם לָךְ, pro וַיָּקוֹם.

2. Quando ſequitur dictio accentum habens in penultima: vt פָּקַד דֶּרֶךְ pro פָּקַד.

3. Propter Vau conuerſiuum futuro præfixum: vt וַיֹּאמֶר pro יֹאמַר.

4. Propter accentum pauſantem; videlicet quotieſcunque in penultima ſyllaba fuerit Schevua mobile, tum accentus pauſantes præoccupant ſibi illud commutando in magnam vocalem: נָפָלוּ pro נָפְלוּ.)

19. Ceterum in Iobo, Pſalmis, & Prouerbiis, alia quàm in aliis libris Biblicis accentuū ratio eſt: cuius modus hactenus ab Hebræis nondum ſatis explicatus.

Differentiæ inter kametz longum & Kametz-chatuph ſiue breue & Chateph-Kametz ſiue breuiſſimum.

20 Kametz-chatuph nunc per nudam figuram Kametz longi (ָ) deſcribitur, nunc per præpoſita duo puncta (ֳ) qua figura etiam Chateph Kametz notatur.

Quando Kametz chatuph habet figura nudi

Ka-

Kametz, tunc quadrupliciter ab eo diſtnguitur juxta has

REGVLAS.

I.

kametz abſque Metheg ante Scheva, eſt Kametz chatuph, i. e. O breue: vt, חָכְמָה *Chochma.*

Excipe Iobum, Pſalmos & Prouerbia, ſcil. in antiquis editionibus.

II.

kametz abſque accentu ante Dages forte, breue eſt: vt רָנּוּ *ronnu.*

III.

kametz vltimæ ſyllabæ accentu tonico carens, ante conſonam mobilem, breue eſt: vt, וַיָּקָם *Vajakom. Sic ante Makaph,* כָּל־ *Chol.*

IV.

Kametz ante gutturalem cum Chateph-Kametz notatam, breue eſt; vt, אָהֳלוֹ *Oholo.*

21. Quando Kametz-chatuph cum duobus punctis ſcribitur, tunc tribus modis à Chateph Kametz diſcernitur: juxta has tres

REGVLAS.

I.

Kametz-chatuph poſt ſe ſemper habet vel Scheua

Scheua quieſcens, aut dageſch forte: vt רָנּוּ *Ronnu* קָדְשׁוֹ *Kodſcho:* Poſt Chateph Kametz nunquam ſic.

II.

Kametz-chatuph omnibus alphabeti literis per ſe ſubjicitur: Chateph-*K*ametz propiè gutturalibus tantùm, idque loco ſcheua, rariſſimè, & irregulariter aliis literis additur.

III.

*K*ametz-chatuph ſæpè abſque duobus punctis ſcribitur, & ſyllabam conſtituit: Chateph-Kametz ſine iſtis nunquam venit, neque vnquam ſyllabam efficit. (Vide ſuprà quomodo *K*ametz-chatuph debeat ſcribi cap. 2. §. 14.

Cap. VI.

De Notatione.

§. I.

NOtatio eſt, qua vocis cujuslibet origo inquiritur: idque *Specie* aut *Figura*.

2. *Species* eſt origo vocis *prima*, vel aliunde *deriuata*.

3. *Prima* vel *Primitiua* vox eſt, quæ primę eſt originis. ab Hebręis שֹׁרֶשׁ *Radix* dicitur, & tribus communiter literis conſtat, quæ dicuntur *Radicales*: vt פָּקַד *viſitauit*, אָרָה *carpſit*. Rarò paucioribus: vt שֵׁם *nomen*, שָׁם *ibi*. Vel pluribus

bus: vt: עֲרָפֶל *Caligo,* צְפַרְדֵּעַ *rana.*

(4. Radices, in Lexicis deſtitutæ vocalibus, non ſunt in Biblijs in tali ſimplici forma vſitatę: ſed illi ſimplici formæ ſolet addi vox punctuata & vſitata: vt ברש, בְּרוֹשׁ *abies.*)

§ 5. Reliquæ literæ, quæ ad Radicem accedũt, appellantur *Seruiles*, quòd accidentibus Radicis formandis inſeruiant.

Eæ ſunt vndecim, tribus nominibus מֹשֶׁה וְכָלֵב אֵיתָן incluſæ; quæ tamen ſæpe fiunt Radicales: Exempli gratia,

1. Quatuor literæ ſeruiles שׁאבל (*Schaubal*) in medio, et fine vocum ſemper fiunt Radicales: ſed ab initio ſunt indifferentes; hoc eſt, poſſunt eſſe Radicales vel Seruiles.

2. Quatuor literę מִנְכָה (*Menochah*) in medio fiunt Radicales: ſed ab initio & fine ſunt indifferentes.

3. Tres cęteræ literæ תָוִי (*Tavi*) vbique fere poſſunt eſſe Radicales vel Seruiles.

(§ 4. Voces *deriuatiuæ*, quæ alterius ſunt originis, queque literis minuſculis in Lexicis deſcribuntur, fiunt à Radicibus quatuor modis.

1. Per additionem literæ vnius vel plurium ex voce וְהָאֱמַנְתִּי ſic à Radice צָבַע *pinxit*, fit אֶצְבַּע digitus, à שָׁמַע *audiuit fit* שְׁמוּעָה *fama*.

2. Per

2. Per detractionem literæ Radicalis: vt à בָּנָה *ædificauit* fit, בֵּן *filius*.

3. Per additionem ſimul & detractionem: ſic à נָטַע *plantauit*, fit מַטַּע *planta*, per abjectionem Nun, & per additionem Mem.

4. Sine detractione, vel additione alicujus literæ; ſed vel per nudam punctorum mutationem: ſic à דִּבֵּר *loquutus eſt*, fit דָּבָר *verbum*; vel abſque vlla mutatione punctorũ: ſic à טוֹב *bonum eſſe*, fit טוֹב *bonitas*.

§7. Inueſtigationi Radicum plurimùm inſeruiunt hi ſequentes verſiculi:

ABjice Seruiles, & tres ſi forte ſuperſunt,
Radicem thematis noueris eſſe tui.
(vt אֶפְקוֹד à פָּקַד.)

2. Sin tantum remanere duas conſpexeris, adde
Nun vel *Iod* capiti, vel dato *Vau* medio
(vt אֱנֹשׁ à נָגַשׁ, הִצִּיב à יָצַב, קָמְתָּ à קוּם)
Aut *He* poſtponas, aut conduplicato ſecundã,
Vera ſtatim Radix pullulat inde tibi.
(vt גְּלוּ à גָּלָה, מְסִבָּה à סָבַב)

3. Vnica ſed remanet mihi litera, quando remoui.
Seruiles: Radix dic agè qualis erit?
Nun da principio, vel *Iod* ſuperadde quieſcens;
He fini: Radix inde petita venit.

(*vt*

(vt יַךְ à נכה, בְּתוֹרָתוֹ à יָרָה)

4\. Quicquid analogico normæ diſſentit ab vſu;
Hoc exercitium, lector amice, dabit.

§ 8\. In genere circa inueſtigationem Radicis eſt obſeruandum: quando aliquid abjicitur ab initio, vel è medio, vel à fine, tum ſæpè in eodem loco eſt aliquid addendum: vt יִתֵּן à נָתַן, שִׂים à שׂוּם עֲשִׂית à עָשָׂה.

§ 9\. Quando, abjectis Seruilibus, ſuperſunt duæ literæ, tum ſequentes regulę inueſtigationi Radicum plurimum etiam poſſunt inſeruire:

1\. Si abjectis Seruilibus maneant duæ literę, quarum prior eſt dageſſata, tum ab initio vt plurimum Nun, rarius Iod, et in duobus verbis ל eſt addendum: vt יִגַּשׁ à נָגַשׁ *acceſſit*, הִצִּית *accendit* à יצת: ſed יִקַּח eſt à לָקַח *accepit*, & נִתַּע à לתע *commoli*.

2\. Si verò poſterior maneat dageſſata, tum illa eadem eſt geminanda: vt סַבּוֹ à סָבַב *circuiuit*. Excipe אַפּוֹ ab אנף, & חִטָּה à חנט.

3\. Si ante duas literas ſuperfluas ſit Vau, tum fere ab initio eſt addendum Iod: vt נוֹשַׁב, הוֹשִׁיב, תּוּשַׁב à יָשַׁב *ſedit*.

4\. Si poſt tales duas literas inueniatur Iod, tum fere in fine eſt adjiciendum He: vt גָּלִיתָ à גָּלָה, *reuelauit*.

10. *Figura* eſt origo vocis *Simplex*, aut *Compoſita*.

Simplex, quæ eſt indiuidua in alias: vt אָב *Pater*.

Compoſita, quæ in alias voces diuidi poteſt: vt, אַבְרָם *Abram*, in אָב *Pater* & רָם *Excelſus*.

Compoſitæ voces Hebræis rariores ſunt.

Cap. VII.

De diviſione vocis in genera, & ſpecies.

§. I.

Vox eſt *Declinabilis*, vel *Indeclinabilis*.

2. *Declinabilis*, quæ in diuerſos fines flectitur: idque *Numero*, vel *Genere*.

3. *Numerus* eſt, cùm quid de vno, vel pluribus effertur: vnde eſt vel *Singularis*, qui de vno; vel *Dualis*, qui de duobus, vel binis; vel *Pluralis*, qui de pluribus vſurpatur.

4. *Genus* eſt differentia vocis ſecundùm ſexũ: eſtque *Diſtinctum*, vel *Conjunctum*.

5. Diſtinctum, eſt vel *Maſculinum*, quod mari aut rebus maris ſpecie conceptis; aut *fæmininum*, quod fœminæ, conuenit. (Genus *Neutrum* non agnoſcunt Hebræi, ſed illud frequentius exprimunt per Fœmininum.)

6. Conjunctum, quod vtrique ſexui commune

mune eſt : vnde & *Commune genus* vulgò dici-tur, & nunc in maſculino, nunc in fœminino vſurpatur.

§ 7. Genera apud Hebræos dignoſcuntur ex triplici fonte: 1. Ex ſignificatione. 2. Ex terminatione. 3. ex inflexione.

Primò ex ſignificatione dignoſcuntur eſſe Maſculina.

1. Nomina propria Virorum: vt דָּוִד *David.*

2. Officiorum virilium: vt מֶלֶךְ *Rex.*

3. Fluviorum: vt פִּישׁוֹן *Phiſchon.*

4. Montium: vt כַּרְמֶל *Carmel.*

5. Populorum: vt עִבְרִי *Hebræus.*

6. Menſium: vt נִיסָן *Niſan, Martius.*

§ 8. *Fœminina* ſunt.

1. Nomina propria Mulierum: vt רָחֵל *Rachel.*

2. Muliebrium Officiorum: vt, מְיַלֶּדֶת *obſtetrix.*

3. Regionum,& Prouinciarum: vt מִצְרַיִם *Ægyptus.*

4. Vrbium: vt יְרִיחוֹ *Iericho.*

§ .6. *Communia* ſunt:

1. Nomina animalium, ſub vna terminatio-

ne, vtrumque ſexum denotantia: vt חֲמוֹר *aſinus, aſina.*

2. Nomina Numeralia à viginti vſque ad centum incluſiuè: vt שְׁלֹשִׁים *triginta.*

3. Membra corporis animalis gemina, quę tamen ſæpiùs in fœminino vſurpantur: vt יָד *manus*, רֶגֶל *pes.*

§. 10. *Secundo* ex terminatione genera dignoſcuntur. Quatuor terminationes ſunt fœminini generis.

1. ־ִית *vt* רֵאשִׁית *principium.*

2. וּת *vt* מַלְכוּת *regnum.*

3. ־ֶת *vt* אֱמֶת *veritas.*

4. ־ָה *vt* צְדָקָה *juſtitia,*

11. Tertio ex inflexione cognoſcitur genus; maſculinum in plurali eſt in ־ִים vt דְּבָרִים *fœmininum* eſt in וֹת vt לֵילוֹת vt patebit cap. IX. & X.

12. Cæterę terminationes vt plurimùm ſunt maſculini generis: ſed quorum genus ex his regulis dignoſci non poteſt, illud in Contextu Biblico ex adjũcto Adjectiuo, vel ex Verbo facile diſcerni poteſt.)

13. Vox declinabilis eſt, vel *Nomen* aut *Pronomen*, vel *Verbum*, aut *Participium.*

C A P. VIII.

De Nomine.

§. I.

N*Omen* eſt vox per numeros generaque declinabilis cum caſu.

2. *Numerus* hic etiam *Dualis* eſt, qui de rebus naturâ binis tantum effertur, raró de aliis. Forma capite ſequenti oſtendetur.

3. *Genus* quomodo cognoſcatur ſupra diximus, plura diſcipulorum ſtudijs linquentes.

4. E generis diferentia nomen eſt, vel *Subſtantiuum* vel *Adjectiuum*.

4. *Subſtantiuum* eſt nomen generis vnius, vel communis, ſub vna terminatione: vt סֵפֶר *Liber*. Ad ſexum diſcernendum quandoque etiam in alterum genus mouetur ob ſexus differentiam. Hinc obſerua hanc

R E G V L A M.

Motio de *Maſculino in fœmininum*, *fit aſſumpto* ה *cum prędecedente Kametz, & accentu: vt,* אִישׁ *Vir*, אִשָּׁה *Vira*: מֶלֶךְ *Rex*, מַלְכָּה *Regina*.

5. *Adjectiuum* eſt NOMEN generis duplicis ſub duplici terminatione: vt, טוֹב *Bonus*, טוֹבָה *bona*.

6. Motio hæc in alteram terminationem; Maſculini formam ſæpè mutat.

§ 8. In genere obſeruetur, quod vocales præcipuè ob quinque rationes permutentur.

1. Propter motionem è maſculino genere in fœmininũ: vt גָּדוֹל *magnus*, גְּדוֹלָה *Magna*. De ea agitur hoc Capite.

2. Propter flexionem è ſingulari in pluralem: vt גָּדוֹל *magnus*, גְּדוֹלִים *magni*. Cap. 9. & 10.

3. Propter ſtatum regiminis: ſic à דָּבָר *verbum*, fit דְּבַר הַמֶּלֶךְ *verbum regis*. Cap. 43.

4. Propter Pronomina affixa: vt דְּבָרוֹ *verbum ejus*, à דָּבָר *verbum*. Cap. 44. 45. & 46.

5. Propter accentus: vt אֶרֶץ *terra* pro אֶרֶץ. Cap. 47.

§. 9. Prima ratio mutationis vocalium eſt *Motio*, ab quam hæ ſequentes vocales mutantur.

1. Kametz penultimę ſyllabę mutatur in Scheua: vt, גָּדוֹל *Magnus*, גְּדוֹלָה *Magna*.

2. Tzere vltimæ ſyllabæ, ſi nullum Kametz

metz præceſſerit, ſimiliter tranſit in Scheua: vt, עִוֵּר *Cæcus*, עִוְּרָה *Cæca*. Præcedente autē Kametz, manet.

3. Terminatio הָ tollitur, vnde antecedens Kametz immutatum manet: vt, יָפֶה *Pulcher*, יָפָה *Pulcra*.

4. Maſculina in י mouentur in ה, & in ת vt, שֵׁנִי *Secundus* שֵׁנִיָּה & שֵׁנִית *Secunda*.

§ 10. Adjectiuis, quorum ſignificatio augeri poteſt, accidit *Comparatio*, quæ non fit diuerſis gradus abſoluti terminationibus, ſed periphraſi. ex gr. Comparativus gradus fit per præpoſitionē בִּן ſiue מ: vt טוֹבָה חָכְמָה מִפְּנִינִים *bona* eſt *ſapientia præ margaritis*, h. e. melior. *Prou.* 8.

§. 11. Superlatiuus gradus fit. 1. Per מְאֹד *valde*: vt טוֹב מְאֹד *bonus valde*, i. e. optimus.

2. Per duplicationem Poſitiui gradus: vt טוֹב טוֹב *optimus*.

3. Per literam בְ: vt, בּוֹגְדִים בָּאָדָם *perfidi in hominibus*, hoc eſt, *hominium perfidiſſimi*.)

12. *Caſus* eſt ſpecialis terminatio nominis, ſextuplex in vtroque numero, Nominatiuus, &c. At illi non actu, ſed poteſtate hic ſunt, id eſt, non diuerſarum terminationum, ſed ex

Digitized by Google

ſtructura ſermonis: neque etiam articulis aut notis certis diſcernuntur (vt tamen vulgò docent) ſed omninò ex Syntaxi dijudicandi ſunt.

ל tamen communiter Datiuum; (nonnūquā præcipue poſſeſſorem vel authorem denotās, Genitiuum)

אֶת Accuſatiuum denotat (poſt verba paſſiua nominatiuum; & quando inſtrumentum denotat, Ablatiuum.)

ה communis omnium caſuum articulus eſt.

Cap. IX.

De prima declinatione.

§. I.

FLexio Nominis dicitur *declinatio*, quæ hic fit tantùm ex nominatiuo ſingulari, in nominatiuum dualem aut pluralem: eſtque *duplex*, Prima & ſecunda. In his accidit mutatio vocalium ſecundum generalem

REGVLAM:

Kametz, Tzere & Sægol penultimæ ſyllabæ mutantur in Scheua; Sægol vltimę ſyllabę in Kametz.

(*Eodem modo mutatur Patach, quando pro Sęgol*

gol ponitur)

2. Prima declinatio eſt maſculinorum, quæ ſingulari numero adjicit ſyllabam ים. vnde Iod quandoque excidit: vt,

טוֹב *Bonus*, plur. טוֹבִים.

צַדִּיק *Iuſtus*, plur. צַדִּיקִים.

דָּבָר *Verbum*, plur. דְּבָרִים.

סֵפֶר *Liber*, plur. סְפָרִים.

מֶלֶךְ *Rex*, plur. מְלָכִים.

נַעַר *puer*, plur. נְעָרִים.

3. Quædam flectuntur in ין ex forma Chaldaica: vt, אֲחֵרִין.

4. *Cholem* penultimæ ſyllabæ, ſequente Sægol vel Patach, mutatur in Scheua: קֹמֶץ *pugillus*, plur. קְמָצִים: Cum gutturali, loco Scheua ſimplicis, adhibetur Compoſitum: vt, אֹהֶל *Tabernaculum*, אֳהָלִים: Sic, אֹמֶר *Dictum*, plur. אֲמָרִים.

5. *Patach, & chireK* (non intercedẽte dageſch) contrahuntur in Tzere: vt, זַיִת *Oliua*, plur. זֵיתִים. Variant hæc, תַּיִשׁ *hircus*, תְּיָשִׁים *hirci*: ſic,

ſic, חַיִל *exercitus*, חֲיָלִים. At à בַּיִת *domus*, plur. בָּתִּים.

§. 6. *Vltimæ ſyllabæ* ſunt & aliæ affectiones.

1. *Kametz* quandoque conuertitur in Pathach, & dageſch: vt, אוֹפָן *rota*, אוֹפַנִּים *Rotę*.

2. *Pathach* non rarò aſſumit dageſch: vt, הֲדַס *myrtus*, הֲדַסִּים: Sic in monoſyllabis, דַּף *Tabula*, דַּפִּים. At, כַּף facit כַּפִּים, & ſic pauca alia.

3. *Tzere* communiter tranſit in Scheua: vt, עִוֵּר *Cæcus*, עִוְרִים. Quædam, deſcendentia à Verbis defectiuis in ſecunda, commutant illud in Chirek, & dageſch: vt, מָגֵן *Clypeus*, מָגִנִּים, חֵץ *Sagitta*, חִצִּים. At Tzere præcedente Kametz manet: vt, זָקֵן *ſenex*, זְקֵנִים *ſenes*. Monoſyllaba quædam illud etiam retinent: vt גֵּר *peregrinus*, גֵּרִים. Excipe בֵּן *filius*, vnde בָּנִים *filij*.

4. *Cholem* interdum corripitur in Kibbutz, & dageſch: vt, אָדוֹם *rufus*, אֲדֻמִּים. Item, *Schurek*, חָרוּל *vrtica*, plur. חֲרֻלִּים. A יוֹם *Dies*, eſt יָמִים. Sic, רֹאשׁ *Caput*, רָאשִׁים Ab

אנוש

אֱנוֹשׁ *Homo*, אֲנָשִׁים.

5. Terminatio ה abjicitur, vnde præcedens vocalis manet: vt, יָפֶה *pulcher*, יָפִים Item רֵעֶה *amicus*, רֵעִים.

6. Terminatio י. communiter tollitur: vt, יְהוּדִי *Iudæus*, יְהוּדִים. Quædam hujus terminationis mutant ChireK in Kametz: vt, גְּדִי *hædus*, גְּדָיִים, pro גְּדִיִּים Quædam analoga ſunt: vt נָקִי *Innocens*, נְקִיִּים. A כְּלִי dicitur כֵּלִים.

7. Quędam habent י pro ים: vt, שְׂדֵי pro שָׂדִים *Agri*: Sic, גּוֹבַי *Locuſtæ*, הָרֵי *montes*.

§7. *Dualis numerus* fit in יִם mutatis ferè vocalibus, vt in plurali: vt, יוֹם *dies*, יוֹמַיִם *duo dies*: אַף *naſus*, אַפַּיִם *nares*: שַׁד *mamma*, שָׁדַיִם.

CAP. X.

De ſecunda declinatione.

§. I.

SEcunda declinatio eſt fœmininorum, quæ ſingulari adjicit ſyllabam וֹת ſeruata communi

muni mutationis lege, vt præc. cap. dictum: vt אַגָּן *Crater*, אַגָּנוֹת *crateres*.

חֶרֶב *Gladius*, חֲרָבוֹת.

יָתֵד *Clauus*, יְתֵדוֹת.

2. Cholem penultimæ ſyllabæ mutatur vti in prima Declinatione: vt גֹּרֶן *Area*, גְּרָנוֹת,

3. Terminationis הָ & תֶ abjiciuntur: vt, צְדָקָה *Iuſtitia*, צְדָקוֹת *juſtitiæ*; עֲטֶרֶת *corona* עֲטָרוֹת *coronæ*.

4. Biſyllaba in ה duplici Kametz antecedente, prius retinent: vt, צָרָה *anguſtia*, צָרוֹת *anguſtiæ*. Excipe אָמָה *Ancilla*, vnde dicitur אֲמָהוֹת.

5. Quæ ſunt formæ כִּבְשָׂה, imitantur formam צְדָקָה, quę paulò antè poſita: vt, כִּבְשָׂה *agna*, כְּבָשׂוֹת *agnæ*. לִשְׁכָּה *Conclaue*, לְשָׁכוֹת.

6. Monſyllaba multa flectuntur per Dageſch præcedente Chirek: vt, אֵם *mater*, אִמּוֹת *matres*: פַּת *fruſtum*, פִּתּוֹת *fruſta*. At בַּת *filia*, plur. בָּנוֹת *filię*.

7. Du-

7. *Dualis* hic retinet formam primæ declinationis: vt, יָרֵךְ *Femur*, יְרֵכַיִם *femora*.

8. ה in fine commutatur in ת: vt, שָׂפָה *labium*, שְׂפָתַיִם *labia*. At חוֹמֹתַיִם formam habet mixtam ex duali & plurali.

§. 9. *Anomaliæ communes*.

1. Nomina propria, item metallorùm, & liquorum, ſunt ſingularia tantum: vt דָּוִד *Dauid*: זָהָב *aurum*: יַיִן *vinum*.

2. Nomina ætatùm ſunt pluralia tantùm: vt נְעֻרִים *pueritiæ, adoleſcentiæ*.

3. Pauca quædam, dualia tantùm: vt, מַיִם, *Aqua*, שָׁמַיִם *Cęlum*, & ſimilia.

4. Quædam maſculina flectuntur more fœmininorum: vt, אָב Pater, אָבוֹת *Patres*. Et contra: vt, אֵלָה *Quercus*, אֵלִים *quercus*: עִיר *Vrbs*, עָרִים.

5. Quędam vtroque modo: vt, הֵיכָל *Palatium*, הֵיכָלִים הֵיכָלוֹת *Palatia*.

C a p. XI.
De Pronomine.
§. I.

Pro-

Digitized by Google

PRonomina ſunt ſecundaria quædam nomina, & occulta quaſi ipſorum cognomina, vnde כִּנּוּיִים, id eſt *Cognomina ab* Hebræis appellantur. Sunt autem duplicia, *Separata*, vel *Conjuncta*, ſiue Separabilia, vel Inſeparabilia.

2. Separata ſunt, quæ per ſe dictionem ſeparatam conſtituunt: ſuntque vel *Integra* vel *Defectiua*.

§. 3. *Integra*, quæ genere, & numero diſtinguuntur: ſuntque tria, tres perſonas indicantia: vt,

	Nominat.	*Gen.*	*Dat.*	*Accuſ.*	*Abl.*
1. *Sing.*	Ego	mei	mihi	me	à me
	אֲנִי. אָנֹכִי	שֶׁלִּי	לִי	אוֹתִי	מִמֶּנִּי.
Plur.	nos	noſtrum	vobis	nos	à nobis
	אֲנַחְנוּ. נַחְנוּ	שֶׁלָּנוּ	לָנוּ	אוֹתָנוּ	מִמֶּנּוּ
2. *Sing.*	Tu, *maſc. g.*	tui	tibi	te	à te
	אַתָּה	שֶׁלְּךָ	לְךָ	אוֹתְךָ	מִמְּךָ
Plur.	Vos	veſtrum	vobis	vos	à vobis
	אַתֶּם	שֶׁלָּכֶם	לָכֶם	אֶתְכֶם	מִכֶּם
Sing.	אַתְּ	שֶׁלָּךְ	לָךְ	אוֹתָךְ	מִמֵּךְ
Fœm. *Plur.*	אַתֵּן	שֶׁלָּכֶן	לָכֶן	אֶתְכֶן	מִכֶּן

3. Sing.

3. *Sing.* Ille. *M.g.*	illius	illi	illum	ab illo
הוא	שֶׁלּוֹ	לוֹ	אוֹתוֹ	מִמֶּנּוּ
Plur. Illi	illorum	illis	illos	ab illis
הֵם	שֶׁלָּהֶם	לָהֶם לָמוֹ	אוֹתָם	מֵהֶם

Sing. Illa, *F.g.*	illius	illi	illam	ab illa
הִיא	שֶׁלָּהּ	לָהּ	אוֹתָהּ	מִמֶּנָּה
Plur. Illæ.	illarum	illis	illas	ab illis
הֵן	שֶׁלָּהֶן	לָהֶן	אוֹתָן	מֵהֶן

4. In ן finita, item הֵם, ſæpè accipiunt ה paragogicum: vt, הֵמָּה, הֵנָּה, אַתֵּנָה,

5. *Defectiua* ſunt, quæ vel genere vel numero deficiunt.

6. Singularia tantùm, & generis diſtincti, *Demonſtratiuum*, זֶה *Hic*, *Is*, *Iſte*: זֹה, זאת *Hæc*, *Iſta*, Vtriuſque ſiue communis generis, זוּ, זוֹ, *Hic*, *hæc*, *Iſte Illa*.

7. Pluralia tantum & vtriuſque generis, אֵלֶּה אֵל *Illi*, *Illę*, *Illa*.

8. Vtriuſque generis, vel numeri, *Relatiuũ* אֲשֶׁר *Qui*, *quæ*, *quod*; *qui*, *quæ*, *qua*: Interrogatiuũ מִי *Quis*, *quæ*, de perſona: מָה, מַה, מֶה *Quæ*, *Quod*, *Quid*, de re.

9. Con-

9. Coniuncta ſiue Inſeparabilia ſunt, quæ aliis vocibus adhærent: ſuntque vel *Præfixa*, vel *Suffixa*, quæ *Affixa* vulgò vocant.

10. *Præfixa* duo ſunt; שֶׁ & הַ, ſequente dageſch poſt vtrumque. Illud eſt ex אֲשֶׁר *Qui, quæ, quod*: hoc ex הוּא; & nunc relatiuum eſt; *Qui, quæ, quod*, nunc demonſtratiuum, *Hic, hæc, hoc*, quo modo articuli vſum habet ante nomina, & pronomina tertiæ perſonæ: vt, הַדָּבָר *Hæc res*, הַהוּא *Ille ipſe*, הַזֶּה *Hic ipſe*, quod & quandoque cum epentheſi ל dicitur, הַלָּזֶה; & per apocopam, הַלָּז. ſic ex זוּ fit הַלֵּזוּ. (Nomen habens præfixum ה, dicitur eſſe in ſtatu emphatico.)

11. Pronomen שֶׁ aliquando tantū habet Sægol ſine ſequente Dageſch: vt שֶׁעֲמָלוֹ *cujus labor*. Eccleſ. 2.21.

Rarò Scheua: vt שְׁהֵם *quod ipſi*. Eccleſ. 3.18.

Semel Kametz: vt שָׁאַתָּה *qui tu*. Iudic. 6.17.

Sequente dageſch habet etiam Patach: vt עַד שַׁקַּמְתִּי *donec ſurrexi*, jud. 5.7. Sed hoc שׁ poſſet ad Conjunctionem referri.

§. 12. Punctatio literę ה ante gutturales, & ante ר etiam variat:

1. Ante א & ר ſimpliciter, vel ante ע non Kametzatum, Pronomen ה præfixum gaudet

Ka-

Kametz, vt הָאָרֶץ *terra*, הָרֹאשׁ *Caput*, הָעֵדוּת *teſtimonium*.

2. Ante literas ע, ח, & ה Kametzatas Sægol requirit; vt הֶעָרִים *vrbes*, הֶחָכָם *Sapiens*, הֶהָרִים *montes*. Excipiuntur pleraque monoſyllaba: vt הָעָם *Populus*, הָהָר *mons*.

3. Ante ח & ה non Kametzatas recipit tantum Pathach, abſque Dageſch forti: vt הַהֶרֶב *gladius*, הַהֶבֶל *vanitas*.

§. 13. Hoc Pronomen ה non præponitur:

1. Nominibus conſtitutis in ſtatu regiminis: non licet dicere, הַדְּבַר מֶלֶךְ *verbum regis*.

2. Non præponitur nominibus cum Affixis: non valet הַדְּבָרוֹ *verbum ejus*.

3. non præponitur nominibus propriis: non licet dicere הָאַבְרָם *Haabram*.

14. Pauca tamen occurrunt exempla, in quibus Pronomen ה talibus nominibus præponitur: vt הָאֵל בֵּית־אֵל *Deus Bethelis*, Gen. 31.13. הֶעֶרְכְּךָ *æſtimatio tua*, Leuit. 27.23. הַמְנַשֶּׁה *Menaſſe*, Ioſ. 1.12.

15. Tres literæ כָּלֵב ſæpè poſt ſe extrudunt illud Pronomen emphaticum ה: & propterea ſingu-

Digitized by Google

ſingulę illæ literę recipiunt eam vocalē quam litera ה regulariter reciperet: vt בַּדֶּרֶךְ *in via* pro בְּהַדֶּרֶךְ. Sub ב eſt Patach propter extruſum ה: Sic בֶּעָרִים pro בְּהֶעָרִים.)

16. *Suffixa* ſiue affixa ſunt, quę fini vocū adhærent, & oriuntur ex integris, hoc modo.

	אֲנִי		נִי *me*, abl. נִי נִי *me*, acc. י *meus*,
			a, vm, rarò, *Me*, acc. י *mei*,
Ex		fit	*meæ, mea*, plur. p omnes caſus.
	אֲנַחְנוּ		נוּ *nobis*, abl. נוּ *noſter: nos*, acc.
			נוּ *Nos*, accuſ.
	אַתָּה		ךָ כָה *Tuus: Tui*, plur. cum reliquis caſibus.
Ex	אַתֶּם	fit	כֶם *Veſter: Vos*, cum rel. caſ.
	אַתְּ		ךְ, כִי *Tuus*: plur. יִךְ *Tui, æ, a*.
	אַתֵּן		כֶן *veſter: vos*, accuſ.
	הוּא		נוּ הוּ וֹ ו, *Ejus, ei, eum, eo*.
	הֵם		ם ם הֶם ם מוֹ *Eorum, eis, eos*.
Ex	הִיא	fit	נָה הָ הּ *Ejus, ei, eam, ea*.
	הֵן		ן הֶן *Earum, eas, eis*.

17. Affi-

(17. Affixa adduntur quinque generibus vocum. 1. Nominibus. 2. Verbis. 3. Participiis. 4. Aduerbiis. 5. Præpoſitionibus.

18. Exemplum nominis Maſculini generis cum pronominibus affixis.

1. Perſ. *Com.gen.*	2. Perſ. *maſc. g.*	2. Perſ. *f. gen.*	3. Perſ. *M.gen.*	3. Perſ. *fæm.g.*
verbum meum. דְבָרִי	verbum tuum דְבָרְךָ	verbum tuum דְבָרֵךְ	verbum ejus. דְבָרוֹ	verbum ejus. דְבָרָהּ
verba mea. דְבָרַי	verba tua. דְבָרֶיךָ	verba tua. דְבָרַיִךְ	verba ejus. דְבָרָיו	verba ejus. דְבָרֶיהָ
verbum noſtrum דְבָרֵנוּ	verbum veſtrum דְבַרְכֶם	verbum veſtrum דְבַרְכֶן	verbum eorum. דְבָרָם	verb um earu m. דְבָרָן
verba noſtra. דְבָרֵינוּ	verba veſtra. דִבְרֵיכֶם	verba veſtra. דִבְרֵיכֶן	verba eorum. דִבְרֵיהֶם	ver ba earum. דִבְרֵיהֶן

19. Nomina fœminina eodem ferè modo recipiunt affixa; niſi quod ה mutetur in ת, vt à צְדָקָה *juſtitia*, fit צִדְקָתִי *juſtitia mea*. צִדְקָתְךָ *juſtitia tua*, &c.

20. Affixa, כֶן ,כֶם ,ךָ ,נוּ ,הָ ,הֶן ,הֶם: quando vſurpantur pluraliter, ſemper habent ante ſe י: vt, דְּבָרֵינוּ *verba noſtra*.

21. מִן eſt pro ם, maximè in libris Poëticis Iobo, Pſalmis & Prouerbiis.

22. Pro ךְ quandoque eſt כִי.

Cap. XII.

De Verbo,

§. I.

SIc fuit Nomen & Pronomen: ſequitur *Verbum* cum *Participio*.

2. Verbum eſt vox flexilis; cum *Tempore*; & *Perſona*.

3. *Numeri* hìc tantùm ſunt ſingularis, & plur.

4. *Genera* eadem, quę in nominibus, quorum diſtinctio in perſonis patebit.

5. TEMPVS eſt *finitum*, aut *infinitum*,

6. *Finitum* eſt aut *Præteritum* aut: *Futurum*; nam *Præſens* proprium Hebræi nullum habēt. Efferunt autem illud partim per vtrumque Participium; partim per Præteritum, & Futurū, in generalibus ſententiis, cùm ſignificatur, non quod fuit, aut futurum eſt, ſed quod continuè eſt, fit aut fieri debet: vt יֶהְגֶּה *meditatur*. Pſal. 1.2.

7. Præteritum vnicum pro omnibus: vt פָּקַד *Viſitabat, viſitauit, viſitauerat, viſitauiſſet*.

8. Hinc

8. Hinc oritur participium duplex; *Præſens*; quod *Benoni* vocant: vt, פּוֹקֵד *viſitans*: *Prẹteritũ*, quod *Pahul* dicunt: vt, פָּקוּד *viſitatus*, *Qui viſitatur*. Hæc, vt in aliis linguis flexionẽ nominũ imitantur, & Præſentis indicatiui vſum etiam præbent. Fœmininũ ſingulare indifferenter ferè in הָ acutum, vel ת penacutum, duplici Sægol, aut Patach antecedente, definit: vt, פֹּקֶדֶת vel פֹּקְדָה *viſitans illa*.

9. Futurum duplex eſt: *Primum*, & *Secundum*.

10. *Primum* quod ab imperando, tanquam communiori ejus vſu, צִוּוּי *Tziuui*, *Imperatiuũ* vocant: vt, פְּקוֹד *Viſita*, *viſitato*. *Secundum* in ſpecie *Futurum* appellatur: vt, אֶפְקוֹד *Viſitabo*.

Anomalia eſt in media radicali in Cholem quieſcēte, vnde loco illius per dages characteriſticū geminandę geminatur vltima: vt קוֹמֵם *Surgere fecit*, id eſt, *Erexit*, *Statuit*.

Forma cum defectiuis ſecunda eadem eſt, ſed formationis ratio diuerſa. Illic enim litera geminata vtraque ad Radicem, hìc geminatæ altera ad Radicem, altera ad formam Conjugationis pertinet.

2. Fiunt quoque hìc Verba quatuor literarum, prima, & tertia geminatà, medià autem ejectà: vt à כּוּל ſit כִּלְכֵּל. Hæc præterea analogicè flectuntur, vt cap. 14. ad præteritum Pihel dictum eſt.

3. Quædam ſeruant analogiam: vt, קִיֵּם à קוּם. Sic חִיֵּב à חוּב.

PIHEL.

Plural.			Præter. *fœm.*	*maſc:*	
com.	קוֹמְמוּ	3	קוֹמְמָה	קוֹמֵם	3
קוֹמַמְתֶּם קוֹמַמְתֶּן		2	קוֹמַמְתְּ	קוֹמַמְתָּ	2
com.	קוֹמַמְנוּ	1	com.	קוֹמַמְתִּי	1

Im-

uerſus es, 1. *Reg.*13. 22. *at ſi vltima fuerit gutturalis vel* ר, *tunc in fine eſt pathach : vt*, וְתֵגַח Et prodis, *Ezech.* 32.*v.* 2.

A בּוֹשׁ Erubeſcere, *hic dicitur* אֵבוֹשׁ, *& ſic deinceps*, forma hinc, & à יָבֵשׁ compoſita.

[יְקוּמוּן) Cum נ paragogico, accentus fere transfertur ad vltimam; vnde Kametz principio dictionis conuertitur in Scheua : vt יְשׁוּבוּן reuertentur, Pſal. 104. 19.)

AD NIPHAL.

8. Præterit. נָקוֹם) *Characteriſtica* נ *eſt cum vocali longa, quæ manet, vel mutatur; vt ſuprà cap.*19. *in Niphal : vide illic.*

נְקוּמוֹת) *Cholem ex præcedenti perſona hic tranſit in SchureK, ne duo Cholem ſe conſequantur, quæ tamen interdum concurrunt: vnde in plurali*, נְפוֹצוֹתֶם *Diſperſi eſtis*, Ezech. 11.17.

9. Particip. נָקוֹם) *Et cum Schurek* נָצוּר *Obſeſſus*, Ezech.6.*verſ.* 12.

נְקוֹמָה) *Et in* ת, נְפוֹצֶת *Sparſum*, 2. Sam. 18. 8.

Imperatiuus.

Plur.	*Sing.*	
קוֹמְמוּ	קוֹמֵם	*m.*
קוֹמֵמְנָה	קוֹמְמִי	*f.*

Futurum.

fæm.	*maſc.*	
com.	אֲקוֹמֵם	1
תְּקוֹמְמִי	תְּקוֹמֵם	2
תְּקוֹמֵם	יְקוֹמֵם	*3*

Plur.

com.	נְקוֹמֵם	1
תְּקוֹמֵמְנָה	תְּקוֹמְמוּ	2
	יְקוֹמְמוּ	*3*

Partic. Præſ. Benoni.

Plur.	*Sing.*	
מְקוֹמְמִים	מְקוֹמֵם	*m.*
מְקוֹמְמוֹת	מְקוֹמְמָה v מְקוֹמֶמֶת	*f.*

Part. præt. ſiue Pahal.

Plur.	*Sing.*	
מְקוֹמָמִים	מְקוֹמָם	*m,*
מְקוֹמָמוֹת	מְקוֹמָמָה	*f.*

Infinitiuus.

קוֹמֵם

P V H A L.

Infinitiuus. קוֹמַם

Imperat. caret.

Futurum.

fæm.	*maſc.*	
com.	אֲקוֹמַם	1
תְּקוֹמְמִי	תְּקוֹמַם	2
תְּקוֹמַם	יְקוֹמַם	*3*

Plur.

com.	נְקוֹמַם	1
	תקוממו	2

Præter.

fæm.	*maſc.*	
קוֹמְמָה	קוֹמַם	*3*
קוֹמַמְתְּ	קוֹמַמְתָּ	2
com.	קוֹמַמְתִּי	1

Plur.

com.	קוֹמְמוּ	*3*
קוֹמַמְתֶּן	קוֹמַמְתֶּם	2
com.	קוֹמַמְנוּ	1

ANomalia in vtraque forma eſt in media radicali ejecta. Characteriſtica ה vtrobique notatur cum vocali longa, ob cauſā cap. 19. ad Niphal expoſitam. Pro Chirech in Hiphil etiam Tzere eſt.

Infinitum.

הָקִים vel הָקֵם

Imperatiuus.

	Plur.	*Sing.*
m.	הָקִימוּ	הָקֵם
f.	הָקֵמְנָה	הָקִימִי

Futurum.

	fæm.	*maſc.*
1	com.	אָקִים
2	תָּקִימִי	תָּקִים
3	תָּקִים	יָקִים

Plural.

1	com.	נָקִים
2	תָּקֵמְנָה	תָּקִימוּ
3		יָקִימוּ

Præter. Hiphil.

	fæm.	*maſc.*
3	הֵקִימָה	הֵקִים
2	הֲקִימוֹת	הֲקִימוֹתָ
1	com.	הֲקִימוֹתִי

Plur.

3	com.	הֵקִימוּ
2	הֲקִימוֹתֶן	הֲקִימוֹתֶם
1	com.	הֲקִימוֹנוּ

Partic. præſens. Ben.

	Plur.	*Sing.*
m.	מְקִימִים	מֵקִים
f.	מְקִימוֹת	מְקִימָה

Partic.pręt.ſiue Pahul.

	Plur.	*Sing.*
m:	מוּקָמִים	מוּקָם
f	מוּקָמוֹת	מוּקָמָה

Præ

HOPHAL.

Futurum.

	fæm.	*maſc.*
1	com.	אוּקַם
2	תּוּקְמִי	תּוּקַם
3	תּוּקַם	יוּקַם

Plur.

	fæm.	*maſc.*
1	com.	נוּקַם
2	תּוּקַמְנָה	תּוּקְמוּ
3	תּוּקַמְנָה	יוּקְמוּ

Præter.

	fæm.	*maſc.*
3	הוּקְמָה	הוּקַם
2	הוּקַמְתְּ	הוּקַמְתָּ
1	com.	הוּקַמְתִּי

Plur.

	fæm.	*maſc.*
3	com.	הוּקְמוּ
2	הוּקַמְתֶּן	הוּקַמְתֶּם
1	com.	הוּקַמְנוּ

Infinitum.

הוּקַם

Imperat. caret.

NOTAE AD HIPHIL.

1. Præter. הֵקִים) *Caracteriſtica in vtraque forma habet vocalem longam, ob eandem cauſam, quà* נ *in Niphal cap.* 19. *Tzere ſub characteriſtica* ה. *Eſt, & alia forma Præteriti.*

	fæm.	*maſc.*
3	הֵקִימָה	הֵקִים
2	הֵקַמְתְּ	הֵקַמְתָּ
1		הֵקַמְתִּי

Plural.

3 הֲקִימוּ

2 הֲקִמֹתֶם הֲקִמֹתֶן

1 הֲקִמֹנוּ

AD HIPHIL.

2. Partic. מֵקִים) *Cum Tzere*, מֵפֵר *Irritum faciens*, Iſa. 44. 25. *Diſcrepat*; מְסִית Incitans, *Ier.* 43. *v.* 3. *pro* מֵסִית: *ſic* מַלִּינִים Murmurātes, *exod.* 16. 8. *quæ forma etiam ſuprà ad Futur. kal*, *cap.* 19. *& Futur. Hiphil. cap.* 21. *notata eſt.*

3. Imperat. הָקֵם) *Aphæreſis characteriſticæ hic frequens eſt*: *ut* שִׂים Pone, *Gen.* 24. 2. *Sic* דִּינוּ Iudicate, *Ierem.* 21. 12.

4. Futur. אָקִים) *Sæpè in Tzere*: *vt*, תָּשֵׁב Reducito, *Gen.* 24. 8. *Hinc accentu ablato, aut ad penultimam retracto, Tzere pro more corripitur in Sægol*: *ut*, וַתָּקֶם Et præſtitiſti, *Neh.* 9. 8. *aut in Pathach propter gutturalem*: *ut*, וַתָּעַד Et conteſtatus es, *Neh.* 9. 29. יַסִּית Incitabit *Ieſ.* 36. 18. , *vt antea in Participio.*

AD

AD HOPHAL.

5. Præter. הוּקַם) *Diſcrepat* , הֻקַּם Conſtitutus es, 2. *Sam.* 23.1. *vt antea in Participio.*

CAP. XXIX.

De conjugatione Hithpahel, Quieſcentium ſecunda ו.

HÆc conjugatio ſola ſyllaba Characteriſtica הִת à Pihel differt.

Præter. Hithpahel.

הִתְקוֹמֵם הִתְקוֹמַמְתָּ

&c. הִתְקוֹמְמָה

Participium præſens.

&c. מִתְקוֹמֵם

Infinitiuus.

הִתְקוֹמֵם

Imperatiuus.

&c. הִתְקוֹמֵם

Futurum.

אֶתְקוֹמֵם 1

&c. תִּתְקוֹמֵם 2

NOTAE

Præter. (הִתְקוֹמֵם) *Eſt & altera forma hic vſitata, quæ in Pihel poſita, qua ex media radicali י dicitur ad formã analogam הִתְקַיֵּם, vnde eſt illud* הִצְטַיַּדְנוּ In viaticum accepimus, *Ioſ. 9.v.12. in quo pręterea ת characteriſticũ mutatũ in ט, & primę radicali poſtpoſitum eſt, cuius ratio c.16.*

Cap. XXX.

De Verbis quieſcentibus tertia radicali א: *& ipſorum Conjugatione* Kal & Niphal.

Tertium genus Quieſcentium eſt, quorum tertia radicalis eſt א; & *Quieſcentia Lamed Aleph* vulgo appellantur, habentque commune paradigma מָצָא *Inuenit.*

2. Referuntur verò etiam huc Verba quædam primæ vel ſecundę radicalis anomaliã habentia, vt ex deficiente primà נ, נָשָׂא *Tulit*, Quieſcente prima י; יָצָא, *Egreſſus eſt*, יָרֵא *Timuit*: ex Quieſcẽte mediâ ו, בּוֹא *venit*, קוֹא *Vomit*. Hæc ſingula ſui generis anomalias ſequuntur.

3. Quieſcentium tertia א anomalia eſt in א vtplurimùm in vocali longa, quieſcente. Sępè verò etiam cum quarto genere Quieſcentium formam commutant.

Præ-

Præter. Niphal.

	fæm.	*maſc.*
3	נִמְצְאָה	נִמְצָא
2	נִמְצֵאת	נִמְצֵאתָ
1	com.	נִמְצֵאתִי

Plural.

3	com.	נִמְצְאוּ
2	נִמְצֵאתֶן	נִמְצֵאתֶם
1	com.	נִמְצֵאנוּ

Partic. preſens.

	Plur.	*Sing.*
m.	נִמְצָאִים	נִמְצָא
f.	נִמְצָאוֹת	נִמְצָאָה

Infinitiuus.

הִמָּצֵא

Imperatiuus.

	Plur.	*Sing.*
m.	הִמָּצְאוּ	הִמָּצֵא
f.	הִמָּצֶאנָה	הִמָּצְאִי

Præter. Kal.

	fæm.	*maſc.*
3	מָצְאָה	מָצָא
2	מָצָאת	מָצָאתָ
1	com.	מָצָאתִי

Plural.

3	com.	מָצְאוּ
2	מְצָאתֶן	מְצָאתֶם
1	com.	מָצָאנוּ

Partic. præſens.

	Plur.	*Sing.*
m.	מוֹצְאִים	מוֹצֵא
f.	מוֹצְאוֹת	מוֹצְאָה

Partic. præt. Pahul.

	Plur.	*Sing.*
m.	מְצוּאִים	מָצוּא
f.	מְצוּאוֹת	מְצוּאָה

Infinitiuus.

מָצוֹא , מְצוֹא , מְצֹאת

Imperatiuus.

	Plur.	*Sing.*
m.	מִצְאוּ	מְצָא
f.	מְצֶאנָה	מִצְאִי

Futurum.			Futurum.		
fæm.	*maſc.*		*fæm.*	*maſc.*	
com:	אמצא	1	com.	אמצא	1
תמצאי	תמצא	2	תמצאי	תמצא	2
תמצא	ימצא	3	תמצא	ימצא	3
Plural.			Plur.		
com.	נמצא	1	com.	נמצא	1
תמצאנה	תמצאו	2	תמצאנה	תמצאו	2
	ימצאו	3		ימצאו	3

NOTÆ AD KAL.

4\. Prçterit. מצא) *Pauca in Tzere deſinunt quæ illud in ſecundis, & primis perſonis retinent: vt*, מלא מלאת· Item, צמא, שנא, ירא, &c: *verbum* בוא, *& ſimilia, hic ſic flectuntur.*

באה	בא
באת	באת
&c.	באתי

5\. Particip. מוצא) Aliquando deſinunt, & in Sægol; vt, חוטא, *Eccleſ.* 8.12.&c.

מוצאה) *Fæmininum in* ה *hic ſpecialem formā habet*, מוצאת Inueniens, *Can.* 8.10.& מוצאת

2.*Sam.*

2.*Sam.* 18.22. *pro* מוֹצָאת. A בּוֹא *eſt* בָּאִים בָּא *&c.*

6. Partic. præterit. מָצוּא) *Huc pertinent* נָשׂוּי Lauatus, *Pſ.* 32.1. *ex forma quarti generis, pro* נָשׂוּא.

7. Infinitiuus: *ex dupliciter imperfectis hæc tria ſunt*, שְׂאֵת *&* שֵׂאת *à* נָשָׂא, *pro* שְׂאֵת: *item* צֵאת Egredi, *à* יָצָא; *denique* בּוֹא Venire.

8. Imperat. מְצָא) *Ex duplici anomalia* שְׂאוּ בּוֹא *à* בָּא בֹּאוּ: יָצָא *à* צֵא צְאוּ: נָשָׂא *à* שָׂא.

9. Futur. אֶמְצָא) *Ex duplici anomalia*, יָצָא *à* אֵצֵא: יָרֵא *à* אִירָא: נָשָׂא *à* אֶשָּׂא תִּשָּׂא בּוֹא *à* אָבוֹא.

AD NIPHAL.

10. Præter. נִמְצָא) *Ex prima* נ *deficiente* וְנִשָּׂא Et portabitur, *Exod.* 25. 28. Si prima ſit gutturalis, characteriſtica notatur cum Sægol vel patach: vt, נֶחְבָּא *abſcondit ſe*, *Iud.* 9.5. נִמְצָאת Aliquando contrahitur in ת, vt נִפְלָאת *admirabile fuit* Pſal. 118.23.
נִמְצֵאתִי) *Et* נִפְלֵיתִי In admirationem tradu-

cor, *Pſalm.*139.14. *à* פָּלָא, *ex forma quarti generis*, א *in* י *commutato.*

11. Particip. נִמְצָא) *A* יָרֵא *hic eſt* נוֹרָא Reuerendus.

12. Futur. אֶמְצָא) *A* יָרֵא *hic eſt* אִירָא, *vnde* תִּוָּרֵא *Reuerenter colaris*, Pſal.130.4.

Cap. XXXI.

De Conjugatione Pihel *&* Puhal. *Quieſcentium tertia* א.

Præter. Puhal. *fæm.*	*maſc.*		præter. pihel. *fæm.*	*maſc.*	
מֻצְּאָה	מֻצָּא	3	מִצְּאָה	מִצֵּא	3
מֻצֵּאת	מֻצֵּאתָ	2	מִצֵּאת	מִצֵּאתָ	2
com.	מֻצֵּאתִי	1	com.	מִצֵּאתִי	1
Plural.			Plural.		
com.	מֻצְּאוּ	3	com.	מִצְּאוּ	3
מֻצֵּאתֶן	מֻצֵּאתֶם	2	מִצֵּאתֶן	מִצֵּאתֶם	2
com.	מֻצֵּאנוּ	1	com.	מִצֵּאנוּ	1

Infinitiuus.

מְצֹאת vel מְצוֹא

Imperat. Caret.

Futurum.

fem	*maſc.*	
com.	אֶמְצָא	1
תִּמְצְאִי	תִּמְצָא	2
תִּמְצָא	יִמְצָא	3

plur.

com.	נִמְצָא	1
תִּמְצֶאנָה	תִּמְצְאוּ	2
	יִמְצְאוּ	3

Partic. præſens.

Plur.	*Sing.*	
מְמַצְּאִים	מְמַצֵּא	*m.*
מְמַצְּאוֹת	מְמַצְּאָה	*f.*

part. præter. pahul.

plur.	*Sing.*	
מְמֻצָּאִים	מְמֻצָּא	*m.*
מְמֻצָּאוֹת	מְמֻצָּאָה	*f.*

Infinitiuus.

מַצֵּאת vel מַצֵּא

Imperatiuus.

Plur.	*Sing.*	
מַצְּאוּ	מַצֵּא	*m.*
מַצֶּאנָה	מַצְּאִי	*f.*

Futurum.

fem.	*maſc.*	
com.	אֲמַצֵּא	1
תְּמַצְּאִי	תְּמַצֵּא	2
תְּמַצֵּא	יְמַצֵּא	3

plur.

com.	נְמַצֵּא	1
תְּמַצֶּאנָה	תְּמַצְּאוּ	2
	יְמַצְּאוּ	3

NO-

NOTÆ AD PIHEL.

1. Præter. מִצֵּא) *Quædam habent in fine kametz, ex forma quarti generis quieſcentium tertia* ה : *vt*, הִכָּא Contriuit, מִלָּא Impleuit.

AD PVHAL.

2. *Paucisſima hic vſitata reperiũtur Eiecto Dages* קֹרָא Vocatum eſt, *Ezech.* 10. *v.* 13. *Inde etiam Particip.* מְקֹרָאִי Vocatus meus, ſiue à me, *Iſa.* 48. 12. מְמֻלָּאִים *Impleti*, Cantic. 5. 14.

CAP. XXXII.

De Conjugatione HIPHIL *&* HOPHAL *Quieſcentium tertia* א.

Præter. Hophal.			Præter. Hiphil.		
fœm.	*maſc.*		*fœm.*	*maſc.*	
הֻמְצְאָה	הֻמְצָא	3	הִמְצִיאָה	הִמְצִיא	3
הֻמְצֵאת	הֻמְצֵאתָ	2	הִמְצֵאת	הִמְצֵאתָ	2
	הֻמְצֵאתִי	1		הִמְצֵאתִי	1
Plur.			Plur.		
	הֻמְצְאוּ	3		הִמְצִיאוּ	3
				המצאתם	2

2 המצאתם המצאתן

1 המצאנו

Partic. præſ· Benon.

Plur.	Sing.	
ממציאים	ממציא	m.
ממציאות	ממציאה	f.

Partic. præter. Pahul.

Plur:	Sing.	
ממצאים	ממצא	m.
ממצאות	ממצאה	f.

Infinitiuus.

המציא vel המצא

Imperatiuus.

Plur:	Sing.	
המציאו	המצא	m.
המצאנה	המציאי	f.

Futurum.

fœm.	maſc.	
com.	אמציא	1
תמציאי	תמציא	2
תמציא	ימציא	3

Plural.

com.	נמציא	1

תמציאו

2 המצאתם המצאתן

1 המצאנו

Infinitiuus.

המצא vel המצאת

Imperat. Caret.

Futurum.

fœm:	maſc.	
com.	אמצא	1
תמצאי	תמצא	2
תמצא	ימצא	3

Plural.

com.	נמצא	1
תמצאנה	תמצאו	2
	ימצאו	3

2 תמציאו
תמצאנה
3 ימציאו

NOTAE AD HIPHIL.

1. Præter. המציא) Prima gutturali, החטיא *Peccare facit*, 1. Reg. 14.16.

Ex deficiente prima נ, השיא Decepit, *Ierem.* 49.16.

Ex quieſcente prima י, הוציא Eduxit.

Ex quieſcente media הביא Adduxit.

2. Particip. ממציא) *Ex anomalia prima quieſcentis*, מוציא Educens, *Pſalm.* 68. *v.* 7: *Ex ſecunda*, מביא Adducens, *Leuit.* 18.3. & *ſic deinceps per reliqua Tempora.*

AD HOPHAL.

3. *Paucißima hic vſitata leguntur.* A בוא *eſt* הובא Abductus fuit, & *ſic deinceps.* A יצא *eſt* הוצא Eductus: *inde participium plurale* מוצאים Educti, *Ezech.* 47.8.

Cap.

Cap. XXXIII.

De Conjugatione Hithpahel *Quieſcentium tertia* א:

Præterit.

fœm.	*maſc.*	
הִתְמַצְּאָה	הִתְמַצֵּא	3
הִתְמַצֵּאת	הִתְמַצֵּאתָ	2
com.	הִתְמַצֵּאתִי	1

Plural.

com.	הִתְמַצְּאוּ	3
הִתְמַצֵּאתֶן	הִתְמַצֵּאתֶם	2
com:	הִתְמַצֵּאנוּ	1

Participium præſens.

Plur.	*Sing.*	
מִתְמַצְּאִים	מִתְמַצֵּא	*m.*
מִתְמַצְּאוֹת	מִתְמַצְּאָה	*f.*

Infinitiuus.

הִתְמַצֵּא

Imperatiuus:

fœm.	*maſc.*	
הִתְמַצֶּאנָה	הִתְמַצֵּא	*m.*
	הִתְמַצְּאִי	*f.*

הִתְמַצֶּאנָה	*f.* הִתְמַצְּאִי

Futurum.

fæm.	*maſc.*	
com.	אֶתְמַצֵּא	1
תִּתְמַצְּאִי	תִּתְמַצֵּא	2
תִּתְמַצֵּא	יִתְמַצֵּא	3

Plural.

	נִתְמַצֵּא	1
	תִּתְמַצְּאוּ	2
תִּתְמַצֶּאנָה	יִתְמַצְּאוּ	3

NOTAE.

1. Præterit. הִתְמַצְּאָה) Hic per ſyncopam literę characteriſticæ, & forma ex Hophal cō-poſita, הֻטַּמְּאָה *Polluta eſt*, Deuter. 24.4.

הִתְמַצְּאוּ) *Hinc itidem per ſyncopam literæ characteriſticæ* ת, הִנַּבְּאוּ prophetarunt, *Ier.* 23.13: *pro* הִתְנַבְּאוּ.

2. Futur. יִתְמַצֵּא) *Syncopa vt ante* וַיִּנַּשֵּׂא Et elatus eſt, 2. *Paral:*32.23. *Sic*, תִּטַּמְּאוּ polluetis vos, *Lev.* 11. *v.* 43. *pro* תִּתְטַמְּאוּ.

Cap.

Cap. XXXIV.

De Quieſcentibus tertia radicali ה, *& Prima ipſorum Conjugatione* Kal *&* Niphal.

QVartum genus Verborum Quieſcentium eſt, quorum tertia radicalis eſt ה, & *Quieſcentia Lamed He* vulgò vocantur, habentque commune paradigma, גָּלָה *Reuelauit.*

2. Horum anomalia communis per omnes Conjugationes triplex eſt: primò ה quieſcit: ſecundò abjicitur: tertiò in aliam literā commutatur.

3. Deinde ſingula ferè Tempora habent terminationem propriam, ab analogia diſcrepantem. Pręteriti prima vox per omnes conjugationes deſinit in Kametz: Participiū vtrumque (excepto Pahul in Kal) ſemper in Sægol: Infinitiuus in Cholem vel וֹת: Inperatiuus in Tzere: Futurum in Sægol.

4. Præterea Imperatiuo ſingulari (præterquam in Kal, & Niphal) & Futuro omnium Conjugationum ſępiſſimè accidit Apocopa.

5. Denique non rarò pręcedentis generis Quieſcentium tertiā א formam aſſumunt.

6. Quatuor Verba analogiam imitantur, quę

quę ob id cum Mappik in ה notantur: nempe גָּבַהּ *Excelluit*, כָּמַהּ *Concupiuit*, נָגַהּ *Splenduit*, תָּמַהּ *Admiratus fuit*.

7. Poſtremo occurrunt hic etiam Verba duplicis Anomaliæ, nempe quorum prima radicalis eſt נ vel י, quę ſuorum generum formam hic quoque imitantur, vt ſuis locis videbitur.

Præter. Niphal.		
fœm.	*maſc.*	
נִגְלְתָה	נִגְלָה	3
נִגְלֵית	נִגְלֵיתָ	2
com.	נִגְלֵיתִי	1
Plural.		
com.	נִגְלוּ	3
נִגְלֵיתֶן	נִגְלֵיתֶם	2
com.	נִגְלֵינוּ	1
Partic. præſens		
Plur.	*Sing.*	
נִגְלִים	נִגְלֶה	*m.*
נִגְלוֹת	נִגְלָה	*f.*

Preter. Kal.		
fœm.	*maſc.*	
גָּלְתָה	גָּלָה	3
גָּלִית	גָּלִיתָ	2
com.	גָּלִיתִי	1
Plural.		
com.	גָּלוּ	3
גְּלִיתֶן	גְּלִיתֶם	2
com.	גָּלִינוּ	1
Partic. pręſ. Ben.		
Plur.	*Sing.*	
גּוֹלִים	גּוֹלֶה	*m.*
גּוֹלוֹת	גּוֹלָה	*f.*

Infi-

Part. præt. ſiue Pahul.

Plur.	*Sing.*	
גְּלוּיִים	גָּלוּי	*m.*
גְּלוּיוֹת	גְּלוּיָה	*f.*

Infinitiuus.

גָּלֹה גְּלֹה גָּלוֹת גְּלוֹת

Imperatiuus.

Plur.	*Sing.*	
גְּלוּ	גְּלֵה	*m.*
גְּלֶינָה	גְּלִי	*f.*

Futurum.

fœm.	*maſc.*	
com.	אֶגְלֶה	1
תִּגְלִי	תִּגְלֶה	2
תִּגְלֶה	יִגְלֶה	3

Plur.

com.	נִגְלֶה	1
תִּגְלֶינָה }	תִּגְלוּ	2
	יִגְלוּ	3

Infinitiuus.

הִגָּלֵה vel הִגָּלוֹת

Imperatiuus.

Plur.	*Sing.*
הִגָּלוּ	הִגָּלֵה
הִגָּלֶינָה	הִגָּלִי

Futurum.

com.	אֶגָּלֶה	1
תִּגָּלִי	תִּגָּלֶה	2
תִּגָּלֶה	יִגָּלֶה	3

Plural.

com.	נִגָּלֶה	1
תִּגָּלֶינָה }	תִּגָּלוּ	2
	יִגָּלוּ	3

NOTÆ AD KAL.

8. Præterit, גָּלְתָה) Hìc tertia radicalis mutatur in Thau, ne duę aſpirationes concurrentes, difficiliorem pronuntiationem pariant. *Pro* ת *quandoque eſt* י : *vt*, חָסָיָה Confidit, *Pſal.* 57. 2. *Sic in tertia plur.* נָטָיוּ Declinarunt *Pſal.* 73. 2. *Kametz in penultima in his duobus exemplis eſt propter pauſam accentus.*

Eſt & hìc contracta forma: vt, עָשָׂת *Fecit*, Leuit. 25. v. 21. קָרָאת *obueniat*, Deut. 31. 29.

(גָּלוּ habet accentum in vltima ſyllaba, ſed קָמוּ in penultima, per quod hæc duo verba diſtinguuntur.

9. Particip. גּוֹלֶה) Quædam in Tzere deſinunt: vt, עֹשֵׂה *Faciens*, Exod. 15. 11.

10. Infinit. גָּלֹה eſt cum Kametz, & he quieſcẽte ſi tamẽ alio addatur Verbo vt רָאִינוּ רָאֹה *videndo vidimus*. Gen. 26. 28. ſecus .n. habet Scheua vt רְאֹה *Gen.* 48. 11. vel vertitur He in Vau etiam poſt aliud verbum: vt, עֲשׂוֹ הִסְכַּלְתָּ *ſtultè egiſti faciendo*, *Gen.* 31. 28. cum

בִּכְלֵם

בכלם vertitur He in Vau, & aſſumit Thau in fine : vt, בְּגָלוֹת quod aliquando ſeruat etiam ſine illis.

11. Imperat. גְּלוּ) contractè pro גְּלָהוּ, & ſic in fœminino גְּלִי pro גְּלְהִי ad formam פִּקְדִי. prima Gutturali הֱיוּ eſtote עֱנוּ canite. Tertia Radicalis ה exprimitur etiam per Iod vt ſupra in participio, & pręterito vt בְּעָיוּ quærite אֶתָיוּ pro eodē legitur etiam הֶתָיוּ cum He ab initio loco Aleph *Iſa.*21. 14.

12. Futur. אֶגְלֶה) *Si prima radicalis hic ſit* נ, *dicitur defectè* אֶטֶּה תִּטֶּה *&c.*

יִגְלוּ) *At*, יִשְׁלָיוּ, Tranquilli ſunt, *Pſa.* 122.6. *vt paulò antè, in Imperatiuo, & pręt.*

13. Apocopę *forma hic diligenter eſt notanda, quæ varia eſt.*

Prima *eſt* יֶגֶל *pro* יִגְלֶה: *propter gutturalem vel* ר *in fine eſt pathach : vt*, וַיִּחַן Et caſtrametatus eſt, *Geneſ.* 26. 17. *aut duplex pathach* וָאַעַן Et reſpondi, *Zach.*4.*v.*11, *pro* אֶעֱנֶה.

Secunda, יֵרֶא *pro* יִרְאֶה. *Eſt & hic in fine* pa-

pathach propter gutturalem: *vt*, וַתֵּתַע Et errabat, *Geneſ.* 21. 14. *pro* תִּתְעֶה.

Tertia, יֵרְדְּ Dominabitur, *pro* יִרְדֶּה, *idque quando ſecundæ radicalis fuerit vna ex* בגד כפת.

Quarta, *ex Verbis* הָיָה & חָיָה *peculiari forma dicitur* אֱהִי *pro* אֶהְיֶה: *ſic in aliis perſonis*, יְהִי תְּהִי.

Quinta, תֵּט *pro* תִּטֶּה ו יֵז *pro* יַזֶּה. *Hæc eſt propria Verborum à* נ *hic incipientium, quæ vnicam tantùm radicalem ſeruant.*

AD NIPHAL.

14. Præterit. נִגְלָה) Ante primam gutturalem, נַעֲשָׂה *Factum eſt*, Eccleſ. 9. 3. *Deficiente primè* נ, נִקָּה Innocentem aſſeruit ſe, *Zachar.* 5. 3. *& ſic in reliquis perſonis.*

נִגְלֵית) *Hic, & in prima perſona vtriuſque numeri promiſcuè etiam eſt ChiriK in penultima:*

15. Futur. אֶגָּלֶה prima gutturali, אֵעָנֶה *Exaudiar*, Iob. 19. 7.

16. *Apocope* hìc tantùm literam ה cum præced. vocali tollit; vt, וָאֶפֶּת *Et pellectus ſum*

pro אֶפְתֶּה; Ier. 20. v. 7. תְּגַל pro תְּגַלֶּה Retegetur, *Iſa*. 47. 3.

Cap. XXXV.

De Conjugatione Pihel *&* Puhal. *Quieſcentium tertia* ה.

P I H E L.

Preter.

	fœm.	*maſc.*
3	גִּלְּתָה	גִּלָּה
2	גִּלֵּית	גִּלִּיתָ
1	com.	גִּלֵּיתִי

Plural.

3	com.	גִּלּוּ
2	גִּלֵּיתֶן	גִּלֵּיתֶם
1	com.	גִּלֵּינוּ

Partic. pręſ. Ben.

	Plur.	*Sing.*
m.	מְגַלִּים	מְגַלֶּה
f.	מְגַלּוֹת	מְגַלָּה

Parti. pręt. ſiue Pahul.

	Plur.	*Sing.*
m.	מְגֻלִּים	מְגֻלֶּה
f.	מְגֻלּוֹת	מְגֻלָּה

Infinitiuus.

גַּלֵּה גַּלֹּה גַּלּוֹת

Imperatiuus.

	Plur.	*Sing.*
m.	גַּלּוּ	גַּלֵּה
f.	גַּלֶּינָה	גַּלִּי

Futurum.

	masc.	*fæm.*
1	אגלה	com.
2	תגלה	תגלי
3	יגלה	תגלה

Plural.

1	נגלה	com.
2	תגלו	} תגלינה
3	יגלו	} תגלינה

P V H A L.

Præter.

	masc.	*fæm.*
3	גלה	גלתה
2	גלית	גלית
1	גליתי	com.

Plur.

3	גלו	com.
2	גליתם	גליתן
1	גלינו	com.

Infinitiuus.

גלה vel גלות

Imperat. Caret.

Futurum.

	maſc.	*fæm.*
1	אגלה	com.
2	תגלה	תגלי
3	יגלה	תגלה

Plur.

1	נגלה	com.
2	תגלו	} תגלינה
3	יגלו	} תגלינה

NOTÆ AD PIHEL.

1. Præter. גלית) *In medio promiſcuè Chirek eſt:* *vt*, גלית Retexiſti, *Iſa.* 57. 8. Sic in reliquis perſonis. 2. Im-

2. Imperat. גְּלֵה) *præter normam eſt* רַבֵּה Multiplica, *Iud.* 9.29. *Per apocopam*, גַּל Retege, *pſal.* 119.22.

3. Futur. אֲגַלֶּה) Apocope, תְּכַס Obtegas, *pro* תְּכַסֶּה, *Neh.* 4.5. וַתְּגַל Et diſcooperuit, *Ezec.* 23.18. יְקַו Exſpectet, *Iob.* 3.9. *pro* יְקַוֶּה.

AD PVHAL.

4. Præter. גֻּלָּה) Excidens Dages per Cholem compenſatur: vt, הֹרָה Conceptus eſt, *Iob*, 3. *d.* 2.

גֻּלּוּ) Et cum Kametz chatuph, כָּלּוּ *Finiuntur*, *Pſal.* 72. *v.* 20. כֻּסּוּ Operti ſunt, *Pſal.* 80. 11. Compenſato Daghes, דֹּחוּ *Impelluntur*, Pſal. 36.13.

CAP. XXXVI.
De Conjugatione HIPHIL, *&* HOPHAL *Quieſcentium tertia* ה.

f. מֻגְלָה מֻגְלוֹת

H I P H I L.

Præter.

	maſc:	*fæm.*
3	הִגְלָה	הִגְלְתָה
2	הִגְלִיתָ	הִגְלִית
1	הִגְלֵיתִי	com.

Plural.

3	הִגְלוּ	com.
2	הִגְלֵיתֶם	הִגְלֵיתֶן
1	הִגְלִינוּ	com.

Partic. præſ. Ben.

	Sing.	*Plur.*
m.	מַגְלֶה	מַגְלִים
f.	מַגְלָה	מַגְלוֹת

Partic. præter. Pahul.

	Sing.	*Plur.*
m.	מָגְלֶה	מָגְלִים

Infinitiuus.

הַגְלֵה vel הַגְלוֹת

Imperatiuus.

	Sing.	*Plur.*
m.	הַגְלֵה	הַגְלוּ
f.	הַגְלִי	הַגְלֶינָה

Futurum.

	maſc.	*fæm.*
1	אַגְלֶה	com.
2	תַּגְלֶה	תַּגְלִי
3	יַגְלֶה	תַּגְלֶה

Plural.

1	נַגְלֶה	com.
2	תַּגְלוּ	תַּגְלֶינָה
3	יַגְלוּ	

H O P H A L.

Præter.

	maſc:	*fæm.*
3	הָגְלָה	הָגְלְתָה
2	הָגְלֵיתָ	הָגְלֵית
1	הָגְלֵיתִי	com.

Plur.

3	הָגְלוּ	com.
2	הָגְלֵיתֶם	הָגְלֵיתֶן
1	הָגְלֵינוּ	com.

Infini

תָּגְלִי	תָּגְלֶה	2	Infinitiuus.	
תָּגְלֶה	יָגְלֶה	3	הָגְלֵה	
Plural.			*Imperat. caret.*	
com.	נָגְלֶה	1	Futurum.	
	תָּגְלוּ	2	*fœm.*	*maſc.*
תָּגְלֶינָה	יָגְלוּ	3	com.	אָגְלֶה 1

NOTAE AD HIPHIL.

1. Preterit. הָגְלָה) *Alibi eſt* הֻגְלָה Deportauit, *Eſth. 2. v. 6.*

Deficiente prima נ, הֻזָּה Aſperſit, הֻכָּה Percuſſit.

Ex anomalia primę quieſcentis י, הוּגָה Mœrore affecit, הוּנָה Oppreſſit, הוּרָה Docuit, *quę ſic quoque deinceps flectuntur.*

הָגְלְתָה) Contractè, הֻרְצַת *Acquieſcet*, Leuit. 26.34. הֻלְאַת Fatigauit, *Ezech.24.12.*

הָגְלֵית) *Et per Chirek in medio* הָגְלִית Deportaſti, 2. *Reg.* 17.26. *& ita in aliis perſonis.*

Deficiente primâ Nun: וְהֻזֵּית *Et aſperges:* Primâ Iod; וְהוּרֵיתִי *Et docebo*, Exod. 4.15:

2.Im-

2. Imperat. הַגְלֵה) *per Apocopam* הֶרֶף Deſiſte, *Deuter.* 9·14. *pro* הַרְפֵּה·

Propter gutturalem duplex pathach eſt, הַעַל Aſcendere fac, *Exod.* 33. *v.* 12,

Deficiente primâ נ, הַכֵּה Percute, *vnde per apocopam* הַךְ 2. *Reg.* 6. *v.* 18. *à* נָכָה.

3. Futur. אַגְלֵה) *Ex deficiente prima* נ, אַטֶּה Extendam, *Ier.* 6. 12.

Ex Quieſcente primâ י, אוֹדֶה Celebrabo, *pſal.* 9. 2. *& ſic deinceps. Hinc cum expreſſo* ה *charaEteriſtico, quod Chaldæis familiare,* יְהוֹדֶה Celebrabit, *Neh.* 11. 17.

Apocopa, יֶפֶר Fœtificare fecit, *Pſal.* 105. 24. *pro* יַפְרֶה.

Propter gutturalem: וַיַּעַל Et obtulit, *Num.* 23. *v.* 2.

Et in duplex Scheua, vt in Kal, יַרְדְּ Dominari fecit, *Iſa.* 41. 2.

Ex defectiuis prima נ, וָאַט Et admoui, *Hoſ.* 11. 4. *pro* וָאַטֶּה: *ſic* יַךְ *pro* יַכֶּה.

AD HOPHAL.

4. Præter. הָגְלָה) *Deficiente prima* נ, הוּכָה percuſſum eſt, *pſal.* 102. 5. הֻכֵּיתִי percuſſus ſum, *Zach.* 13.6.

5. Particip. *participium præſens inuſitatum eſt: ſi quis formare velit, deſinet à preterito in Segol: vt,* מָגְלֶה. *Deficiente primâ* נ, מֻכֶּה percuſus.

Cap. XXXVII.

De Conjugatione Hithpahel, *Quieſcentium tertiâ* ה.

Preteritum.

	fœm.	maſc.
3	הִתְגַּלְּתָה	הִתְגַּלָּה
2	הִתְגַּלֵּית	הִתְגַּלִּיתָ
1		הִתְגַּלֵּיתִי

Plural.

	fœm.	maſc.
3		הִתְגַּלּוּ
2	הִתְגַּלֵּיתֶן	הִתְגַּלֵּיתֶם
1		הִתְגַּלֵּינוּ

Parti-

Participium præſens.

Plur.	*Sing.*
מִתְגַּלִּים	*m.* מִתְגַּלֶּה
מִתְגַּלּוֹת	*f.* מִתְגַּלָּה

Imperatiuus.

Plur.	*Sing.*
הִתְגַּלּוּ	*m.* הִתְגַּלֵּה
הִתְגַּלֶּינָה	*f.* הִתְגַּלִּי

Futurum.

fœm.	*maſc.*	
	אֶתְגַּלֶּה	1
תִּתְגַּלִּי	תִּתְגַּלֶּה	2
תִּתְגַּלֶּה	יִתְגַּלֶּה	3

Plural.

	נִתְגַּלֶּה	1
תִּתְגַּלֶּינָה	תִּתְגַּלּוּ	2
	יִתְגַּלּוּ	3

NOTÆ.

1. Preterit. הִתְגַּלָּה) *Vnicum à* י *incipiens illud in* ו *commutat, quæ forma etiam ſuprà cap.* 25. *notata eſt: vt,* הִתְוַדָּה Confeſſus fuit, *Leuit.* 5.5.

A שחה

A שחה *ſpeciali anomalia hìc dicitur* השתחוה

Incuruauit ſe honoris cauſâ *: vbi* ו *vel per epentheſin inſertum , aut tertia radicalis* ה *mutata eſt in* ו *, quæ commutatio , & in Nominibus fit , vt quando à* נאה Superbiuit, *fit* נאוה Superbia :

Deinde perdit Daghes, ac literæ ת *& primæ radicalis fit tranſpoſitio : vt ,* השתחוה Incuruauit

ſe *, & ſic deinceps flectitur .*

2. Imperat. התגלה *) per apocopam ,* התחל

Ægrotum age , 2. *Sam.* 13.5.

3. Futur. אתגלה *) Cum ſyncopa literę formatiuæ* ת *,* אדמה Æquabo me , *Iſa.* 14.14. *pro*

אתדמה .

יתגלו *) Huc pertinet defectè ſcriptum* וישתחו

Et procumbent , *Gen.*27. 29. *pro* ישתחוו .

Apocopa , vt in Imperatiuo : ויתגל Et retexit ſe, *pro* יתגלה *Gen.*9. *v.*21.

Speciali anomaliâ dicitur ישתחו Procumbat, *Gen.* 48. 12. *pro* ישתחוה *, vbi apocopę ratio poſtulabat* ישתחו *, ſed euphoniæ causâ ſumptum in fine eſt SchureK.*

Cap.

Cap. XXXVIII.

De Voce indeclinabili, & primùm de Aduerbio.

§ I.

VOx indeclinabilis eſt, quæ genere, & numero flecti non poteſt: eſtque vel *Aduerbium* aut *Præpoſitio:* vel *Conjunctio* avt *Interjectio*, quæ in vniuerſum vulgò *particulæ*, Hebræis מִלּוֹת nominantur.

2. Aduerbium eſt vox indeclinabilis, quæ alii voci adjungitur, ad explicandam circumſtantiam, vel qualitatem: vt,

3. *Loci*, אֵי, אַיֵּה Vbi: אֵיכֹה, אֵיפוֹא, אֵיפֹה Vbinam? אָן. אָנָה Quò? Vbi? מֵאַיִן vndenā? פֹּה, פֹּא hìc, huc: מִפֹּה, מִפּוֹ hinc, inde, illic: הֵנָּה huc: הֲלוֹם huc, hìc: שָׁם ibi, illic, illuc, eò: מִשָּׁם inde: מִבַּיִת, מִבֵּית: פְּנִימָה Intrinſecùs, Intus, Intro: חוּץ foris; foras: מַעְלָה ſuprà, מִלְמַעְלָה ſupernè, מַטָּה Infrà, Infimè: אָחוֹר retrò, retro ſum.

4. *Temporis*, מָתַי Quando? עַד־מָה Vſquequò

quò? עַד־אָן quouſque? עַתָּה nunc: מָחָר Cras: יוֹמָם interdiu: תְּמוֹל, אֶתְמוֹל heri: שִׁלְשֹׁל nudius tertius: מִלְּפָנִים ante, antea, ante hac: תָּמִיד jugiter: עַד־כִּי, עַד־אִם donec, vſquedum: טֶרֶם antequam: מְהֵרָה, מַהֵר citò: אֲזַי, אָז Tunc.

5: *Interrogationis*, אִם *An*, הַאִם *An verò*? הֲלֹא nonne, annon? אֵיךְ quomodo? מַדּוּעַ quare? לָמָּה vt quid?

6. *Affirmationis* כֵּן Sic, ita; quod & ſimilitudinis: אָכֵן Verè, profectò, certè: אַךְ omnino: אוּלָם, אָמְנָם Verè, reuerà.

7. *Negationis, prohibitionis*, לֹא non: בַּל non, nequaquam: אַל ne: פֶּן ne fortè, vt non, אַיִן, אֵין non.

8. *Dubitationis*, אוּלַי Fortaſſis.

9. *Qualitatis*, רֵיקָם Inaniter, fruſtrà: שָׁוְא Vane; חִנָּם Gratis, immeritò: יְהוּדִית Iudaicè.

10. *Congregationis*, יַחְדָּו, יַחַד Vnà, ſimul, pariter.

11.*Se-*

Digitized by Google

11. *Separationis, Excluſionis*, לְבַד Seorſim, ſeparatim: רַק, אַךְ Tantùm, tantummodò, duntaxat: בִּלְעֲדֵי præterquam.

12. *Intenſionis*, יוֹתֵר nimiùm, amplius, magis, potiùs: מְאֹד Valdè, vehementer: רַב Multùm, Satis: אַף־כִּי Quantò magis, Quantò minùs; illud in oratione affirmatiua ſignificat, hoc in negatiua.

13. *Remiſſionis & dimiſſionis*, אַט Senſim, lentè, leniter: מְעַט Parum: מְעַט מְעַט Minimùm, paulatim: כִּמְעַט penè: כְּאַיִן ferè.

14. *Similitudinis*, כֹּה, כֵּן Sic, ita: כְּמוֹ־כֵן Similiter: כְּמוֹ Sicut: כָּכָה taliter, eo modo, hoc modo:

15. *Numeri*, אַחַת Semel, שֵׁנִית ſecundò, שְׁלִישִׁית tertiò, רְבִיעִית quartò. Hęc ex nominibus aduerbiaſcunt.

16. *Inſeparabilia Aduerbia* duo ſunt, quæ aliis vocibus ab initio ſemper adjunguntur. כ ſimilitudinis, ה admirationis, & interrogationis.

17. כ *vt, ſic, ſicut*, regulariter habet Scheua. vt, כְּסוּס *ſicuti equus*; quod ante aliud

She-

Scheua tranſit in Chirek: vt, כִּדְבָרִי *ſicut uerbum meum.*

Ante Scheua compoſitum, habet breuem gutturali reſpondentē: vt כֶּאֱמֶת *ſicut ueritas.*

Ante nomina communiter extrudit articulum ה, & ſuſcipit ejus vocalem: vt כַּשֶּׁמֶן pro כְּהַשֶּׁמֶן.

18. ה *num*, interrogationis communiter notatur cum Chateph pathach; vt הֲבַת *Num filia?* Geneſ. 17. 17.

Sed ante literam gutturalem, vel ante aliud Scheua habet Pathach: vt הַאִם *An ſi?* Iob 6. 13. הַכְזוֹנָה *Num tanquam ſcortum?* Gen. 34. 41.

Aliquando habet Pathach ſequente Daghes: vt, הַבְּמַחֲנִים *an in caſtris?* Num 13. 19.

Ante gutturalem cum Kametz habet Sægol vt הֶאָנֹכִי *Num ego?* Num. 11. 12.

Cap. XXXIX.

§ I.

PRæpoſitio eſt vox indeclinabilis, Verbo Nomen, tanquam terminum vel cauſam motus aut quietis, adjungens.

2. *Terminum*. אֶל, אֱלֵי Ad, ſecus, juxta, erga. אֵצֶל Apud, juxta, penes, propè. עַד, עֲדֵי Ad, vſque ad, נֶגֶד Coram, contra, ante, נֹכַח, לְנֹכַח E regione, ex aduerſo, contra: מוּל, לְעֻמַּת, מִמּוּל, idem: בֵּין inter, intra. מִן, מִנִּי, מִנֵּי à, ab, abs, de, è, ex; Propter: præ, comparatiuè: לִפְנֵי ante, coram, præ, עַל, עֲלֵי ſuper, ſupra, contra, aduerſus, חוּץ Extra: סָבִיב Circùm, circa: עֵבֶר Cis, מֵעֵבֶר Trans, vltra: הָלְאָה Vltra: אַחַר, אַחֲרֵי Poſt תַּחַת Subter, ſub, infra.

3. *Cauſam*, בִּגְלַל, לְמַעַן, בַּעֲבוּר, מִפְּנֵי, עַל Propter, חֵלֶף, תַּחַת, בְּעַד Pro: כְּפִי, לְפִי Secundùm, juxta.

4. Quędam terminum loci ſignificantia, aliquando temporis ſunt: vt, עַד Vſque ad: מִן Ab, לִפְנֵי Ante, אַחַר Poſt, בֵּין inter. Item quatuor inſeparabiles ב כ ל מ.

5. Quædam *comitatum*, *cauſam comitan-*

tem ſeu adjuuantem denotant: vt, אֵת, עִם, עִמָּד Cum.

6. Quædam *priuationem* cauſæ adjuuantis: vt, בְּלִי, בְּלֹא, בִּלְעֲדֵי, בִּלְתִּי, מִבְּלִי Aſque, præter, ſine: זוּלַת, מִלְּבַד, לְבַד Præter.

7. *Inſeparabiles præpoſitiuæ* quatuor ſunt, quæ vulgò literæ בְּכָלַם vocantur: בְּ In, Propter: כְּ Secundùm, juxta: לְ Ad, eſtque ex אֶל deciſum: Hæ tres regulariter notantur cum Scheua, aut ChireK, ſi aliud Scheua ſequatur, aut proprietati gutturalium obſequuntur: ſæpè etiam extrudunt articulum ה, & ſuſcipiunt ejus vocalem.

לְ ante dictiones monoſyllabicas, & ante biſyllabicas, habentes accentum in penultima, notatur vtplurimum cum Kametz: vt לָתֵת *ad dandum*, לָלֶכֶת *ad eundum*.

מִ A, ab, abs, de, è, ex; eſtque deſumptum ex מִן, vnde & cum ChireK ſequente Daghes vocibus præfigitur: vt מִקֶּרֶב *E medio*. At Daghes ejectum, compenſatur per Tzere: vt מֵאַחֶיךָ *E fratribus tuis*.

8. *Inſeparabilis poſtpoſitiua* vnica eſt, quæ

nominibus à fine apponitur: ea eſt, ה *ad, uerſus*, notans terminum loci ad quem, habetque ante ſe Kametz, & vocem conſtituit penacutam: vt סְדֹמָה *Sedomam uerſus* Gen. 19.1. אַרְצָה *terram uerſus*.

Cap. XL.

De conjunctione.

§ I

Conjunctio eſt quæ multiplices orationis partes conjungit.

2. *Copulatiua*, אַף, גַּם, Etiam.

3. *Inſeparabiles* duæ ſunt, quæ vocibus præſiguntur, וְ Et, שֶׁ Quòd.

4. ו *Vau* eſt copulatiuū, & regulariter habet Scheua: vt וְעָפָר & *puluis*.

Sed ante literas labiales בומף, aut ante aliud Scheua, notatur cum Schurek: vt וּמָקוֹם & *locus*, וּתְהִלָּה & *laus*.

Si duo nomina copulet, quorum poſterius eſt monoſyllabum, aut biſyllabum, tum habet Kametz: vt טוֹב וָרָע *Bonus & malus*, וָלַיְלָה יוֹם *Die & nocte*.

5. שֶׁ poſt ſe habet Daghes, & eſt loco אֲשֶׁר Quòd.

6. Con-

6. *Connexiua*, ſiue *Conditionalis*, אִם, Si, ſin, ſiquidem, quum, quandoquidem; כִּי אִם Quod ſi, אִם לֹא Si non, ni niſi, אִלּוּ לוּ Si: לוּלֵא niſi.

7. *Diſcretiua*, ſiue *Aduerſatiua*, אַךְ Verum Verumtamem: אֲבָל At, aſt, ſed, verum, verumtamen: גַּם כִּי Etiam ſi כִּי אִם Sed, אוּלָם Verumtamen. Sæpè etiam inſeparabile ו aduerſatiuè ſumitur, vt dictum.

8. *Disjunctiua*, אוֹ Aut, vel ſiue, ſeu: לֹא־כֵן non ſic, ſecus. Sed & inſeparabile ו disjunctiuè ſumitur, ſignificans *aut*: vt Exod. 21. 15. & alibi.

9. *Cauſalis*, כִּי nam, quia, quòd, quoniam, enim, etenim: אֲשֶׁר Quòd, quia, quum: יַעַן אֲשֶׁר, עֵקֶב אֲשֶׁר, יַעַן, עֵקֶב, יַעַן כִּי Quia, eò quòd, quandoquidem: לְמַעַן, בַּעֲבוּר Vt, propterea vt, לְבִלְתִּי Vt non.

10. *Rationalis*, עַל־כֵּן, לָכֵן Quare, quamobrem, quapropter, ergo, ideo; igitur, id circo, quocirca, itaque;

Cap. XLI.

De Interjectione.

§ I.

Interjectio eſt, quæ per ſe in oratione poſita, animi affectum cum ſingulari commotione indicat.

2. *Blandientis*, בִּי, אָנָּא, נָא Quæſo, obſecrò, amabò.

3. *Comminantis*, הוֹי, אוֹי Væ: ſic אִי Eccleſ. 4. 10.

4. *Demonſtrantis*, הֵא, הִנֵּה, הֵן He, En, ecce.

5. *Dolentis*, אוֹי, הוֹי, אוֹיָה ô, hei, heu, eheu. הָהּ Ah: אֲהָהּ Ahah, ah: אָח, Ah, *Ezech.* 6.11.

6. *Ejulantis*, אַלְלַי Hei, væ, *Iob* 10.15.

7. *Exclamantis*, הוֹי הוֹי ô ô, *Zach.* 2. 6: Inſeparabile ה ſequente Daghes, ante Nomina ſic quoque ſæpè vſurpatur, & Vocatiuum denotat.

8. *Faſtidientis*, abominantis, חָלִילָה Abſit, 2. *Sam.* 20. v. 20.

9. *Gaudentis*, exſultantis cum ironico gemitu

mitu, הֶאָח הֶאָח Euge euge, Ha ha he, *Pſ.* 35.21.

10. *Hortantis*; הָבָה Ejà, agè: הָבוּ Agitè.

11. *Optantis*, לוּ Vtinam, ò vtinam, *Gen.* 17.18. לוּא idem, *Iſa.* 64.1. אַחֲלַי, אַחֲלֵי idem:

אָמֵן Amen.

12. *Vocantis*, הוֹי Heus.

Cap. XLII.

APPENDIX BREVIS DE MVtatione vocum, & Punctorum Vocalium:

§ 1

MVtatio punctorum vocalium in lingua Hebræa, res eſt ſollicita, & operoſa, in qua juuentus cum multo ſudore ſe torquet, ſed cum exiguo ſæpè fructu, ita vt ſe expedire neſciens nauſeam concipiat, ac ſtudium tandem abjiciat. Ergo laborem, & hic ipſi minuamus, & quæ intricata tantopere videntur, ſenſim extricemus, ne cœptum ſtudii iter hiſce ſalebris impediatur.

2. Cauſæ mutationis quedam ſunt generales, quędam ſpeciales. *Generales* quę omnibus omninò vocibus communes ſunt, vt Pronomina affixa, & Accentus: *Speciales*, quæ Nominibus vel Verbis in ſpecie conueniunt. Nos ſingulas voces ſeorſim, & vniuersè hic conſiderabimus.

3. Ab aliquibus quatuor ponuntur cauſæ, ob quas nomina mutentur: 1 eſt *motio* è maſculino in fœmininum. 2. *Flexio* è ſingulari in pluralem: 3. *Regimen*: 4. *Affixa*. Hìc nos adjungemus quintam, *Accentus*.

De primus vide ſuprà cap. 8. de ſecunda cap. 9. & 10. de reliquis tribus hìc breuiter agemus.

CAP. XLIII.

Variatio ob REGIMEN.

§ 1.

Regimen eſt Syntaxis ſiue ſtructura nominũ, quà vnum regit alterum caſu genitiuo. Hoc fit plerumque primi nominis mutatione, cujus formam vocant *Regimen*, *Statum regiminis*, *Statum conſtructum*: formam autem integram *Statum abſolutum*.

2. In genere notandum, ab initio vocis duo Scheua conſiſtere non poſſe, vnde cum aliqua ratio duo poſtulat, tum prius mutatur in Chirek, aut in Pathach vel Segol propter gutturalem vel ר, vt dictum cap. 4. & in ſequentibus ampliùs patebit.

3. Mutatio vocalium ob regimen fit vel *penultima* vel in *vltima* ſyllaba, vel *vtrobique* ſimul.

REGVLA I.

Ra

KAMETZ *penultimæ ſyllabæ, in vtroque genere, & numero, mutatur in ſcheua, aut ſcheua compoſitum ſub gutturali: vltimæ verò (non ſequente א) tranſit in Patach: vt,* דְבַר הַמֶּלֶךְ *Verbum regis*, à דָּבָר.

4. Pluralia maſculina etiam ים commutãt in י: vt דִּבְרֵי ex דְּבָרִים ſcilic. Kametz in Scheua mutato, propter quod antecedens Scheua tranſit in Chirek, vt dictum. Sub prima gutturali eſt Pathach vel Sægol: vt, עַבְדֵי ex עֲבָדִים. Sic & alia quædam: vt, מַלְכֵי *Reges*.

5. Fœminina ſingularia ה, commutant illud præterea in ת: vt, צִדְקַת à צְדָקָה; nempe prius Kametz mutatur in Scheua, propter quod antecedens Scheua conuertitur in Chirek: vltimum verò in Pathach, & ה in ת. Fœmininũ plurale, צִדְקוֹת à צְדָקוֹת.

6. Tria monoſyllaba אָב, אָח, חָם mutant Kametz in Chateph pathach, & aſſumunt præterea ad finem literam י: vt, אֲחִי, אֲבִי.

7. Excipiuntur alia multa ex Quieſcentibus, & Defectiuis ſecundà radicali nata, quæ prius Kametz retinent, qualia ſunt בָּמָה, קָמָה, צָרָה, מָגֵן, מָעוֹז, & his ſimilia;

RE

REGVLA II.

TZERE *inuariatum manet, niſi quando antecedit vel ſequitur Kametz, tunc penultimæ ſyllabæ mutatur in Scheua, vltimæ in Pathach: vt,* שְׁנַת à שֵׁנָה Somnus: עֲצַת ab עֵצָה Conſilium. Excipe, ſi poſt Tzere ſit litera quieſcens.

REGVLA III.

In pluralibus Tzere penultimæ ſyllabæ tranſit in Scheua, propter quod antecedens ſcheua conuertitur in ChireK; ſicut & antè in forma Kametz vt, זִקְנֵי à זְקֵנִים Senes: חַצְרֵי à חֲצֵרִים Atria. גִּדְרוֹת à גְּדֵרוֹת Caulæ.

8. Excipiuntur, אֵיבָה *Inimicitia*: הֵיכַל *Templum*, & pluralia חֲפֵצִים *Deſiderantes*; זֵיתִים *Oleæ*; & alia quędam.

REGVLA IV.

Sægol *vltimæ ſyllabæ ante* ה *mutatur in Tzere*: vt, מִקְנֵה צֹאן Poſſeſſio ovium, *Gen.* 26. 14.

9. Excipe, פֶּה, vnde פִּי חָכָם *Os ſapientis*; Eccleſ. 10. v. 12. Aliàs immutatum manet.

REGVLA V.

PATHACH & CHIREK (*non intercedente daghes) contrahuntur in Tzere*: vt, בֵּית à בַּיִת Domus.

CAP. XLIV.

Variatio ob AFFIXA.

§ I.

Affixa dicuntur Pronomina inſeparabilia à fine nominibus adjuncta.

Hìc in genere obſeruetur, Affixa quatuor כֶּם כֶּן הֶם הֶן formæ nominis conſtructæ in vtroq; genere, & num. ſemper adjũgi, ac propterea *Affixa conſtructa* ſiue *grauia* mihi vocari:

Deinde affixum הוּ tantùm nominibus in ה finitis adjungi, item nomini אָב. Reliqua mutatio talis.

REGVLA I.

Kametz *penultimæ ſyllabæ in ſingulari num. in vtroq; genere mutatur in ſcheua: vltimæ manet, præterquã ante affixa conſtructa* הֶן, הֶם, כֶּן, כֶּם.

Maſculina; דָּבָר *Verbum*, דְּבָרִי *Verbum meũ*, דְּבָרְךָ *tuum*, דְּבָרוֹ *eius*, דְּבָרָם *eorum*, דְּבָרֵנוּ *noſtrum*, דְּבַרְכֶם *veſtrum*;

2. Fœminina in ה præter mutationem primi Kametz, commutant etiam ה in ת: vt, צִדְקָתִי *juſtitia mea*, צִדְקָתְךָ *tua*; צִדְקָתוֹ *ejus*, צִדְקָתָם *eorum*, צִדְקַתְכֶם *veſtra*, à צְדָקָה. Cum litera Heemantica ab initio, immutata manet: recipiunt autem Affixa ad formam in ת; vt, תִּפְאֶרֶת *Gloria*, תִּפְאַרְתּוֹ *gloria ejus*.

3. In plurali maſc. Kametz hocce manet: vt, דְּבָרַי *Verba mea*, דְּבָרֶיךָ *tua*, דְּבָרָיו *ejus*,

דְּבָרֶיהָ ejus, fœm. דְּבָרֵינוּ noſtra; דִּבְרֵיכֶם veſtra à דְּבָרִים.

4. Fœminina pluralia aſſumunt Affixa ad formam conſtructam: vt, צִדְקוֹתַי *Iuſtitiæ meæ*, צִדְקוֹתֶיךָ *tuæ*, &c.

5. Excipe multa ex Quieſcentibus, & Defectiuis ſecundâ orta, quæ prius Kametz retinēt, qualia ſunt, קָצָה *Extremitas*, רָעָה *malum*, מָעוֹז *robur* מָגֵן *clypeus*, רָמוּת *altitudo*: vt, קְצָתוֹ *finis ejus*, &c. Hic quoque בָּנִים & פָּנִים Kametz retinent, quaſi ex forma בָּנֶה & פָּנֶה.

6. תָּוֶךְ, מָוֶת, אָוֶן contrahuntur in Cholē: תּוֹכוֹ *medium ejus*, à תָּוֶךְ.

7. חָם, אָח, אָב Kametz in ſingulari retinēt: אָבִי *Pater meum*. Sic, דָּם *ſanguis*, יָד *manus*, עָב *nubes*, צָר *hoſtis*, שָׂר *princeps*, & ſi quæ alia ſimilia.

8. קַו, גַּן, גַּג mutant Kametz in Pathach, & Daghes: vt, גַּגִּי *tectum meum* Sic à מִשְׂגָּב eſt מִשְׂגַּבִּי *locus editus meus*.

REGVLA II.

TZERE *penultimę ſyllabæ mutatur in ſchewa, vltima partim manet, partim mutatur:* vt à

לְבָבִי

לִבְּבִי Cor meum, à לְבָב Cor: עֲצָתָם ab עֵצָה Conſilium.

Formam סֵפֶר vide in Sęgol.

9. Manet in his, & ſimilibus, הֵיכָל · אֵיתָן ,שֵׁיבָה ·שְׁאֵרִית·שְׁאֵלָה·רֵאשִׁית·צֵאָה·עֵרָה·נְבֵלָה אֵימָה·תְּאֵנָה. In בְּהֵמָה ſemper mutatur in Sægol, בְּהֶמְתְּךָ *Iumentum tuum*.

10. *Vltimę ſyllabæ* in nominibus formæ זָקֵן & פְּאֵר manet.

11. In forma שׁוֹמֵר mutatur in Scheua: שׁוֹמְרֵנִי Cuſtodiens me.

12. Ante ךָ tranſit in Sægol vel Chirek, avt Pathach propter gutturalem: vt, אֹיִבְךָ · שׁוֹמֶרְךָ. In pauſa autem dicitur שׁוֹמְרֶךָ.

13. Monoſyllaba variant: in his manet, אֵיד·שֵׂחַ·רֵאשׁ·רֵשׁ·רֵעַ·עֵץ·עֵד·נֵר·זֵר·רֵעַ·גֵּר.

14. בֵּן,שֵׁם mutant in Scheua: vt שְׁמִי *nomen meum*. Sequente alio Scheua, prius pro more tranſit in Chirek; vt, שִׁמְךָ *nomen tuum*, quod in pauſa dicitur שְׁמֶךָ:

15. Quædam commutant illud in Chirek ſequente dages: vt, עִתִּי ab עֵת *Tempus*: Sic

לֵב ,חֵץ ,חֵן ,אֵשׁ ,אֵב ,תֵּל ,שֵׁן ,קֵן ,קֵץ ,עֵז ,נֵס.

At à נֵו eſt גֵּוְךָ *Tergum tuum*.

REGVLA III.

SÆGOL *tam penultimæ quàm vltimę ſyllabæ mutatur in ſcheua, vnde prius vertitur in Chirek: ut,* בֶּגֶד Veſtis, בִּגְדוֹ Veſtis ejus, בִּגְדִי Veſtis mea: ſic סִפְרִי à סֵפֶר.

16. Quædam pro ChireK habent Pathach, maximè quando prima aut ſecunda eſt gutturalis aut ר: vt, אֶבֶן *Lapis*, אַבְנוֹ *lapis ejus*, Eam formam etiam ſequuntur, קֶשֶׁת, צֶמֶר, צֶלַע, צֶלֶם, נֶפֶשׁ, מֶלֶךְ, כֶּסֶף, כֶּלֶב, שֶׁמֶן, שֶׁוַע, טֶנֶא, דֶּלֶת, גֶּפֶן, פֶּלֶג, סֶלַע. Sic à חֵלֶק eſt חֶלְקוֹ *pars ejus*: à תִּפְאֶרֶת eſt תִּפְאַרְתּוֹ *Gloria ejus*.

17. Segol primum poſt ſe Scheua habens, manet: vt, אֶצְבַּע *digitus*, אֶצְבָּעוֹ *digitum ſuum*, Leuit. 4. 6.

18. Terminatio ה abjicitur: vt, מִקְנֶה *poſſeſſio*, מִקְנֵהוּ *poſſeſſio eius*, Iob. 1. 3. Attamen ante ה Sægol manet: vt, מִקְרֶהָ *accidens ejus*, à מִקְרֶה Ruth. 2 3.

19. פֶּה & שֶׂה ſpecialem anomaliā habent,

in mutatione ה in י: vt שֵׂיוֹ *pecudem ejus*, Deut. 22.1. שֵׂיֵהוּ *pecus ſuum*: 1 Sam. 14. 34. A פֶּה eſt פִּי *Os meum*, פִּיךָ *Os tuum*, פִּיו & פִּיהוּ *Os ejus*.

REGVLA IV.

Cholem *penultimæ ſyllabæ mutatur in Kametz-chatuph aut* Kibbutz: vt, קֹדֶשׁ Sanctitas, קָדְשׁוֹ Sāctitas ejus. Excipe גֻּלְגֹּלֶת vnde גֻּלְגָּלְתּוֹ *Cranium ejus*, Iud.9.53.

20. At ſequente Kametz vel Tzere, invariatum manet: vt, אוֹצָרוֹ *Theſaurus eius*, Deut. 28.12. ab אוֹצָר.

21. Cholem *vltimæ ſyllabæ* manet, exceptis quibuſdam ex defectiuis ſecundâ radicali deriuatis, in quibus corripitur in Kibbutz: vt, מָעוֹז *Robur*, מָעֻזּוֹ *robur ejus*.

REGVLA V.

Pathach *vltimæ ſyllabæ in quibuſdam defectiuis mutatur in Chirek ſequente Dagheſ: ut*, פַּת Buccella, מִפִּתּוֹ De buccella ejus, 2. Sam. 12, 3. Sed à דְּבַשׁ eſt דִּבְשִׁי *Mel meum*, Cant. 5. 1.

22. Pathach & Chirek in forma זַיִת contrahuntur in Tzere: vt, זַיִת *Oliua*, זֵיתְךָ *Oliuæ tuæ*, Deut. 24. v. 20. Huc pertinent, חַיִל, בַּיִת,

זין

יִין, & ſimilia.

REGVLA VI.

Schevá & Chirek *in forma* פְּרִי *quaſi tranſponuntur, aſſumpto ab initio Chirek uel Sægol, unde deinceps* י *fit mobile: vt,* פְּרִי Fructus, פֶּרְיוֹ & פִּרְיוֹ.

Cap. XLV.

VARIATIO propter Accentus.

§ 1. Tripliciter potiſſimum fit variatio vocalium propter accentus.

Primò. Quando legitimus accentus à voce auffertur: Secundò. Quãdo à proprio loco trãſponitur: Tertiò. Quando pauſa ſyllabã occupat.

2. De primo & ſecundo, vide cap. 5.

3. Pauſæ maiores *Athnach* & *Silluk* communiter producunt Pathach & Sægol in Kametz.

4. Pathach in qualibet voce: vt שָׁמָיִם *Cælum*, Geneſ. 1. 8: אָמָר *Dixit*, Geneſ. 21. 1. & ſic cum Silluk, pro אָמַר, שָׁמַיִם.

5. Sægol non quoduis, ſed penultimum in vocibus cum gemino Sægol: vt, חָסֶד pro חֶסֶד *Benignitas*: תִּפְאָרֶת pro תִּפְאֶרֶת *Decus*.

Excipiuntur tamen vtrinque non pauca, quæ à Maſorethis obſeruata ſunt.

6. Zakeph-Katon quandoque etiam hoc facit

facit: vt, אָחֵז *Corripiet*, Exod.15.14.pro אָחַז
Rariſſimè pauſę minores id agunt.

7. Pauſa ex vltima ad penultimam rejecta, conuertit ibi Scheua ante affixum ךָ in Sægol: vt, דְּבָרֶךָ pro דְּבָרְךָ *Verbum tuũ*. Sic etiã Scheua in nominibus formæ פְּרִי: vt, עַל־הַלֶּחִי *ſuper maxillã*, 1.Reg.22.24. quod aliàs ſcribitur לְחִי

8. Dicitur etiam לָךְ pro לְךָ: Sic מִמֶּךָּ, אוֹתָךְ quãdo pauſa à litera ך ad pręcedentẽ rejicitur.

9. In verbis pluralibus in וּ, item in fœmininis ſingularibus in ה vel י finitis, ſi pauſa ad penultimam rejicitur, tunc pro Scheua redit illic ea vocalis, quam vox maſculina aut ſingularis in eo, Tempore habuit; quæ ſi fuerit Patahch tum producitur illud in Kametz. Hinc ex פָּקְדוּ fit פָּקָדוּ à פָּקַד. Sic גָּבֵרוּ à גָּבַר: item יָכֹלוּ à יָכוֹל
In Imperatiuo, שְׁמָעוּ à שְׁמַע: עֲמֹדוּ ab עֲמוֹד.
In Futur: תִּפְקֹדוּ à תִּפְקוֹד, & ita deinceps per omnes conjugationes.

10. Pauſa etiam facit, vt ו copula ante monoſyllaba, & penacuta, notetur cum Kametz, cùm aliàs poſceret Scheua: vt, וָקָם, וָמֵתוּ &c.

Cap. XLVI.

II DE VERBIS:

§. I.

L. Quo-

Quomodo verba mutentur propter flexionē, id ipſa conjugandi norma indicat, quæ idcirco cuique nota eſſe debet:

2. At Pronominum inſeparabilium ſiue Affixorum cum ipſis ſtructura, & conjunctio, longè maximam mutationem efficit, quam hìc breuiter delineatam accipe.

3. In genere obſeruetur:

ֶנִי Præterito jungitur: ֵנִי reliquis temporibus:

ֶנָּה נּוּ non jungũtur Præterito; reliquis recte.

ֶם ֶן Imperat. & Futuro: aliis ָם ָן.

ָהוּ Præterito; ֵהוּ reliquis.

4. Vocibus in vocalem immediatè finitis nudum Affixum adjungitur.

PRAETERITVM KAL.

פָּקַד *Ille viſitauit.*

eos	פְּקָדָם / פְּקָדָמוֹ	eum	פְּקָדוֹ / פְּקָדָהוּ	Affixa 3. perſ.
eas	פְּקָדָן	eam	פְּקָדָהּ	
vos m.	פְּקַדְכֶם	te m.	פְּקָדְךָ	2. perſ.
vos f.	פְּקַדְכֶן	te f.	פְּקָדֵךְ	
nos c.	פְּקָדָנוּ	me c.	פְּקָדַנִי	1. perſ.

REGVLA.

kametz penultimum per totum Pręteritum mutatur in Scheua, Patach in Kametz, *exceptis,* כֶם, כֶן, *ante quæ manet.*

5. Ter-

5. Terminatio altera *Tzere*, manet: אֵרְבוּ אֵרְבְךָ &c.

6. *Cholem* tertia terminatio manere poteſt: at ſequẽte Scheua, corripitur in Kametz chatuph.

7. In Pihel mutatur Tzere in Scheua: vt, פִּקְּדוּ. Sequente alio Scheua, tranſit in Sægol vel Pathach.

8. Defectiua ſecundà in Hiphil mutant Tzere prius in Scheua, alterum in Chirek: vt, הֲרִמֵּנוּ *ſilere fecit nos* Ierem. 8. 14.

9. Quieſcentia ſecunda ſemper retinent Kametz: vt, שָׁמוּ, שָׁמְנִי, שָׁבְךָ, &c.

10. Quieſcentia tertia א, vltimum Kametz retinent: vt, קָרָאוּ &c.

11. Quieſcentia tertia ה illud ante Affixa ſemper abjiciunt, vnde Kametz vltimum in Kal ſuccedit ſub primam radicalem: vt, עָשָׂהוּ *Fecit illud Pſa.* 95. 5. pro עָשָׂהָהוּ; aut (ſi mauis) ה cum præcedente ſuo Kametz abjiciunt, vnde propter contractionẽ Kametz primum manet, qualis ratio, & in nominibus obſeruata.

פָּקְדָה *Illa viſitauit.*

	פְּקָדָתַם		פְּקָדַתְהוּ	Affixa 3. perſ.
eos	פְּקָדָתַם	cum	פְּקָדָתוּ	
	פְּקָדָתַן		פְּקָדַתָּה	
cas	פְּקָדָתַן	eam	פְּקָדַתָּה	

vos m.	פְּקַדְתֶּכֶם	te m:	פְּקַדְתְּךָ	2. perſ.
vos f.	פְּקַדְתֶּכֶן	te f.	פְּקַדְתֵּךְ	
nos c.	פְּקַדְתָּנוּ	me c.	פְּקַדְתַּנִי	1. perſ.

12. Hìc vocaliũ Kametz,& Scheua ab initio fit tranſpoſitio: terminatis אה mutatur in ת ֶ, preterquam ante affixa ם & ן, vbi mutatur in Kametz.

13. Terminatio Tzere, & hìc manet: vt, אֲהֵבַתְהוּ *amauitillum*, 1. Sam. 18. 28.

14. Quieſcentia ſecundà, & hìc Kametz prius retinent: vt, שַׂמְתָּהוּ: & ſic reliqua juxta precedentis perſonæ formam.

פָּקַדְתָּ *tu vir viſitaſti.*

eos	פְּקַדְתָּם פְּקַדְתָּמוֹ	eum	פְּקַדְתּוֹ פְּקַדְתָּהוּ	Affixa 3. perſ.
eas	פְּקַדְתָּן	eam	פְּקַדְתָּהּ	
nos	פְּקַדְתָּנוּ	me	פְּקַדְתַּנִי	1. perſ.

15. Affixa ſecundæ perſonæ deſunt, ne reciproca fiat ſignificatio.

16. Terminatio Cholem mutatur in Kametz chatuph.

17. Quieſcentia tertia א, מְצָאתָהּ *Inueniſti eam*, Deut. 22. 3.

18. Quieſcentia tertia, ה, גְּלִיתוֹ.

פְּקַדְתְּ *tu fœm. viſitaſti.*

			פְּקַדְתִּיו	
eos	פְּקַדְתִּים	eum	פְּקַדְתִּיהוּ	Affixa 3. p.
eas	פְּקַדְתִּין	eam	פְּקַדְתִּיהָ	
nos	פְּקַדְתִּינוּ	me	פְּקַדְתִּינִי	1. perſ.

19. Accedit י ante affixa, tanquam nota fœminino, ex forma אַתִּי; vnde & perſonæ ſeparatę quandoque additum legitur: vide Ezech. 16. 18. Ier. 4. v. 19. י tamen illud quandoque excidit: vt, רִמִּיתִינִי *decepiſti me*, 1 Sam. 19. 17.

Cholem mutatur in Kametz chatuph.

פְּקַדְתִּי *Viſitaui.*

20. Forma eadem hìc eſt, quæ in præcedenti voce, niſi quòd pro affixis primæ perſonæ, hìc adhibentur affixa ſecundæ perſonę. Cholem in Kametz-chatuph: vt, יְכָלְתִּיו *præualui ipſi*, Pſal. 13. v. 5.

פָּקְדוּ *Viſitarunt illi vel illæ.*

eos	פְּקָדוּם	eum	פְּקָדוּהוּ	
eas	פְּקָדוּן	eam	פְּקָדוּהָ	Affixa 3. p.
vos m.	פְּקָדוּכֶם	te m.	פְּקָדוּךָ	2. perſ.
vos f.	פְּקָדוּכֶן	te f.	פְּקָדוּךְ	
nos c.	פְּקָדוּנוּ	me c.	פְּקָדוּנִי	1. perſ.

21. Kametz & Scheua hìc tranſponuntur, vt in 3. fœmin. ſingulari, aut ſimpliciter ſeruatur ratio tertiæ maſculinæ.

22. Terminatio Tzere manet; vt, יִרְאוּהוּ *Reuerentur ipſum*, Iob.37.24.

23. Quieſc. ſecundâ, שָׂמוּךָ *poſuerunt te*, Pſ.86.

14. Hiphil, הֱשִׁיבוּם *referebant ea*, 1.Reg.14.28.

24. Quieſc. tertia ה retinent Kametz: vt, עָשׂוּנִי *fecerunt me*, Pſal. 119.v.73.

פְּקַדְתֶּם פְּקַדְתֶּן *viſitaſtis vos:*

eos	פְּקַדְתּוּם	eum	פְּקַדְתּוּהוּ	
eas	פְּקַדְתּוּן	eam	פְּקַדְתּוּהָ	2. perſ.
nos	פְּקַדְתּוּנוּ	me	פְּקַדְתּוּנִי	1. perſ.

פְּקַדְנוּ *Viſitauimus*

eos	פְּקַדְנוּם	eum	פְּקַדְנוּהוּ
eas	פְּקַדְנוּן	eam	פְּקַדְנוּהָ
vos m.	פְּקַדְנוּכֶם	te m.	פְּקַדְנוּךָ
vos f.	פְּקַדְנוּכֶן	te f.	פְּקַדְנוּךְ

25. Cholē in his mutatur in Kametz chatuph.

PARTIC. PRÆS. ſiue Benoni.

פּוֹקֵד *Viſitans ille.*

eos	פּוֹקְדָם	eum	פּוֹקְדוֹ פּוֹקְדֵהוּ

eas	פּוֹקְדֵן	eam	פּוֹקְדָהּ
vos m.	פּוֹקֶדְכֶם	te m.	פּוֹקֶדְךָ
vos f.	פּוֹקֶדְכֶן	te f.	פּוֹקְדֵךְ
nos c.	פּוֹקְדֵנוּ	me c.	פּוֹקְדֵנִי

26. Tzere tranſit in Scheua, & ante affixa ךָ, & כם, in Sægol vel Pathach propter gutturalem: vt, אֹהַבְךָ *deligentis te*, 2 Par. 20. 7.

27. Ante ךָ reperitur etiam Chirek: vt, אֹסִפְךָ *Colligens te*, 2 Reg. 22. 20. *Pibel* מְפַקֶּדְךָ, מְפַקְּדוֹ &c.

28. Quieſc. ſecunda retinent Kametz: vt in tertiis Præteriti. Ex *Hiphil*, מְעִירָם *Suſcito eos*; Ioel. 4. 7.

29. Quieſcentia tertia ה, abjiciunt illud cũ præcedente Sægol: vt, בּוֹזֵהוּ *ſpernens eum* Prouerb. 14. 2.

פּוֹקֶדֶת *viſitans illa*.

30. Formæ פֹּקְדָה nulla Affixa adjunguntur. Duplex autem Sægol ſe habet, vt in nominibus: vt, יוֹעַצְתּוֹ *Conſulens ipſi*, 2 Paral. 22. 3.

פּוֹקְדִים, פֹּקְדוֹת *Viſitantes*.

eos	פּוֹקְדֵיהֶם	eum	פּוֹקְדָיו
eas	פּוֹקְדֵיהֶן	eam	פּוֹקְדֶיהָ

Digitized by Google

vos m.	פּוֹקְדֵיכֶם	te	פּוֹקְדֶיךָ
vos f.	פּוֹקְדֵיכֶן	te f.	פּוֹקְדַיִךְ
nos	פּוֹקְדֵינוּ	me	פּוֹקְדַי

31. Formæ Fœmininæ eadẽaffixa junguntur:vt, פְּקֻדּוֹתָיו &c.

PARTICIP. PRÆTER.

ſiue Pahul.

פָּקוּד *Viſitatus.*

32. פְּקוּדוֹ *viſitatus ejus*, & ſic deinceps, cum affixis præcedentis Temporis.

INFINITIVVS.

פְּקוֹד *viſitare.*

eos	פָּקְדָם		פָּקְדוֹ	
		eum	פָּקְדֵהוּ	3. perſ.
			פָּקְדֶנּוּ	
eas	פָּקְדָן		פָּקְדָהּ	
		eam	פָּקְדֶנָּה	
vos m.	פָּקָדְכֶם		פָּקְדְךָ	
	פְּקַדְכֶם	te m.	פָּקְדֶךָ	
vos f.	פָּקָדְכֶן	te f.	פָּקְדֵךְ	
	פְּקַדְכֶן		פָּקְדִי	
nos	פָּקְדֵנוּ	me	פָּקְדֵנִי	

33. In hac forma terminatio Cholē corripitur in Kametz chatuph, & transfertur ad primā radicalem, & ejus Scheua ad ſecundam.

34. Si ſecunda ſit gutturalis, tum pro Scheua ponitur Chateph kametz: vt, בָּחֳרִי *Eligere me*, Ezech. 20. v. 5. כְּאׇהֳבָם *Secundum amare ipſorum*, Hoſ. 9. 10. Forma פׇּקְדְּךָ ,פׇּקְדְכֶם eſt à פְּקוֹד, Cholem in kametz chatuph correpto, & ad primā tranſlato. Sic differt forma hæc Infiniti à nominibus formæ כָּבוֹד, quæ Cholem retinent: vt, כְּבוֹדְךָ.

35. Iunguntur etiā affixa formæ paragogicæ Infinitiui, & tunc ה mutatur in ת, vt in nominibus fœmininis: vt, בְּקׇרְבָתָם *Accedentibus ipſis*, Exod. 40. 32. ex forma קׇרְבָה.

36. In altera forma Infiniti, פְּקֹד, Pathach trāſit in Scheua, propter quod conuertitur antecedens Scheua in Chirek: vt, עַל־בִּקְעָם *Propter diffindere ipſos*, Amos 1. v. 33. Si adſit gutturalis, tum pro Chirek eſt Pathach, vel Sægol: vt, לְפַעֲמוֹ *Agitare ipſum*, Iud. 13. 25.

37. In *Niphal* mutatur Tzere in Scheua: vt, בְּהִנָּבְאוֹ *In prophetando ipſum*, zach. 13. 3.

38. In *Pihel* tranſit Tzere in Scheua: vt, עַל־צַדְּקוֹ *propter juſtificare ipſum*, Iob. 32. 2.

39. In

39. In *Hiphil* ſemper juguntur Affixa formæ cum Chirek: vt, הַקְרִיבוֹ.

40. Defectiua primà נ,mutant duplex Sægol, vt nomina iſtius formæ: vt, עַד־גִּשְׁתּוֹ *Ad accedere ipſum*, Gen. 33.3. A תֵּת eſt תִּתִּי.

41. Defectiua ſecunda mutant Cholē in kibbutz ſeq. Daghes: vt, עַד־תֻּמִּי *vſque ad conſumere me*, &c. In *Hiphil* mutatur tzere prius in Chateph-pathach, vltimum in Chirek, ſeq. Daghes וְזֶה הַחִלָּם *Et hoc eſt incipere eorū*, Gen. 11.v.6. ex forma הָחֵל. Pathach autem ſub ה eſt loco Chateph-pathach, propter ſequentem gutturalem.

42. Quieſc. prima י, ſe habent vt Defectiua prima.

43. Quieſcentia tertia א mutantur vt perfecta: בְּקָרְאִי *In clamando me*, Pſ. 4.2. ex forma קְרוֹא

44. Quieſcentia tertia ה, ad terminationem וֹת Affixa recipiunt, non ad alteram: vt, בִּבְנוֹתְכֶם *In exſtruendo vos*, Ioſ. 22.16.

IMPERATIVVS.

פְּקוֹד *Viſita tu vir.*

45. Seruatur forma Infiniti. Affixum ם hic habet ante Tzere: vt, כָּתְבֵם *Scribe ea*, Prouerb. 3.3.

46. Altera forma פְּקֹד, mutat Pathach in

Ka-

Kamez: vt, שְׁמָעֵנִי *Audi me*, Gen. 23.11.

47. In *Pihel* שַׂמְּחֵנִי *Lætifica me*, Pſalm. 90.15. ex שַׂמַּח.

48. Defectiua prima נ, תְּנֵם *Da eos*, Nehem 4. v.4. ex תֵּן.

49. Defectiua ſecunda, חָנֵּנִי *Gratiam fac mihi*, ex חֹן: vel, חֻקָּהּ *Exara ipſam*, Iſa. 30.8. à חֹק.

50. Quieſcentia prima י ex terminatione Pathach, דָּעֵהוּ *Cognoſce eum*, Prou. 3.v.6. Pathach in Kametz producto, vt antè.

51. Quieſcentia ſecunda ex *Hiphil*, הֲקִימֵנִי *Suſcita me*, Pſal.41.11.

52. Quieſc. tertia ה, נְחֵנִי *Deduc me*, Pſal.5.9.

פִּקְדִי פִּקְדוּ

Nihil hic mutatur:

פְּקֹדְנָה *Viſitate vos fæm.*

53. Exempla non occurrunt. Si affixa jungenda ſint, jungentur ad formam פִּקְדוּ, Sic etiam fit in hac voce Futuri.

FVTVRVM.

אֶפְקוֹד תִּפְקוֹד יִפְקוֹד נִפְקוֹד

54. Eo-

54. Eodem modo hiſce omnibus affixa junguntur, omiſſis Affixis ſimilium perſonarum. Exemplum ſit tertia perſona.

			יִפְקְדוֹ	
eos	יִפְקְדֵם	eum	יִפְקְדֵהוּ	3. perſ.
			יִפְקְדֶנּוּ	
			יִפְקְדָהּ	
eas	יִפְקְדֵן	eam	יִפְקְדֶהָ	3. perſ.
			יִפְקְדֶנָּה	
vos m.	יִפְקָדְכֶם	te m.	יִפְקָדְךָ	
vos f.	יִפְקָדְכֶן	te f.	יִפְקְדֵךְ	2. perſ.
nos	יִפְקְדֵנוּ	me	יִפְקְדֵנִי	1. perſ.

55. Cholem ante ךָ, כֶם, כֶן mutatur in Kametz-chatuph, aliàs in Scheua:

56. Terminatio Pathach ſe habet vt in Imperatiuo.

57. In *Pihel* Tzere corripitur in Scheua, & ante ךָ, כֶם, כֶן in Sægol: vt תְּחַבְּקֵנִי *amplexabitur me*, Cant. 2. 6. יְזַמֶּרְךָ *Pſallet tibi*, Pſ. 30. 13.

58. Raro eſt נִי pro נִי.

59. Quandoq; נ per epentheſin Affixo הוּ præmittitur, יְבָרֲכֶנְהוּ *Benedicet ei*, Pſ. 72. 15.

60. Defectiua ſecundâ, יְסֻבֶּנּוּ *circumdabit*

eum

eum, Ierem. 52. v. 21. á יָסֹב *pihel* תְּסוֹבְבֵנִי *Circumdabis me*, Pſal. 32. 7. Hiphil, יְסִבֵּנִי *Circumduxit me*, Ezech. 47. v. 2. á יָסַב.

61. Quieſcentia ſecundà, תְּצוּדֵנִי *venaris me*, Iob. 10. v. 16.

62. Quieſcentia ſecundà, א, יִמְצָאֶהָ *Inueniet eam* Gen. 16. 7.

63. Quieſcentia tertià ה, תִּרְאֵהוּ *vidit illum*, Exod. 2. v. 6. abjicitur ſcilicet ה cum præcedenti vocali, vt aliàs.

תִּפְקְדִי · תִּפְקְדוּ · יִפְקְדוּ

64. Nihil hìc mutatur, vt in Imperatiuo.

תִּפְקוֹדְנָה

65. Cum Affixis pro hac vſurpatur תִּפְקְדוּ: vt, תַּחְשְׁבֻנִי *reputant me*, Iob. 19. 5. quod ibi eſt fœmininum; תְּלַכְחֻךְ *Sorripiant te*, Ierem. 2. 9. quod ſimiliter fœmininum

66. Deniqui quomodo *Paragoge*, & *Apocopa* voces quaſdam Verborum mutet, id ſuis locis paſſim oſtendimus in conjugationibus Verborum.

CAP. XLVII.

III. DE PARTICVLIS: SIVE. *voce indeclinabili.*

I. De Aduerbiis

§. 1. ADVERBIA pauca aſſumunt *affixa* vnde ipſorū quoque forma abſoluta mutatur.

2. כְּמוֹ Huic formæ junguntur Affixa conſtructa: vt, כְּמוֹכֶם *ſicut vos*, כְּמוֹהֶם *ſicut illi*. At cum aliis affixis כ habet Kametz; vt, כָּמוֹנִי *ſicut ego*, כָּמוֹנוּ *ſicut nos*.

3. הִנֵּה, אַיֵּה literā ה cum præcedente vocali abjicitur: vt, אַיּוֹ *vbi eſt ille?* אַיֶּכָּה *vbi es tu?* אַיָּם *vbi ſunt illi?* הִנּוֹ vel הִנֵּהוּ *Ecce eum*, הִנְּךָ *ecce te*.

4. עוֹד & אֵין non mutantur.

II. *De Præpoſitionibus.*

§ 1. Quædam Præpoſitiones aſſumunt י ante affixa, ſub forma nominum pluralium: vt ab אֶל *Ad*, fit אֵלַי *ad me*, אֵלֶיךָ *ad te*: At cum affixis conſtructis, habet quaſi formam conſtructam, אֲלֵיהֶם *ad eos*, &c.

2. אחר אַחֲרֵי, vnde אַחֲרַי *poſt me*, אַחֲרֶיךָ *poſt re* &c.

3. לִפְנֵי Præpoſitio eſt orta ex nomine פָּנִים, quod conſtructè dicitur פְּנֵי, & inde præpoſito ל לִפְנֵי *ad conſpectum*, id eſt, *Coram*, *Ante*. Forma conſtructa cum affixis conſtructis tantum vſurpatur: vt, לִפְנֵיכֶם לִפְנֵיהֶם &c. Alias ſemper juxta formam nominis, לְפָנַי *coram me*, לְפָנֶיךָ *coram te*, לְפָנֵינוּ *coram nobis*, &c.

4. עַד, עַל eandem formam ſequuntur: עָדַי *Vſque ad me*, עָלַי *ad uerſus me* עָדֶיךָ, עָלֶיךָ, & ſic deinceps. At cum affixis conſtructis, עֲלֵיכֶם, עֲדֵיכֶם &c.

5. תַּחַת, תַּחְתַּי *ſub me*, תַּחְתֶּיךָ *ſub* vel *pro te*, תַּחְתָּיו *pro eo*, תַּחְתֵּיהֶם *pro eis*, &c.

6. Hæ ſequentes Præpoſitiones recipiunt affixa ſub forma nominum ſingularium.

7. אֵצֶל, אֶצְלוֹ *Apud eam* &c.

8. אֵת, אִתִּי *mecum*, אִתְּךָ *tecum* אִתּוֹ *cum eo*, &c.

9. בִּלְתִּי abjicit י poſterius, vnde tantum reperiuntur, בִּלְתִּי *præter me*, בִּלְתְּךָ *præter te*.

10. בעד

10. בַּעֲדִי, בַּעַד *Circum me* בַּעֲדֶךָ בַּעַדְךָ *pro te, circa te,* בַּעֲדוֹ *pro eo,* בַּעַדְכֶם *pro vobis,* בַּעֲדֵיהֶם *pro eis.*

11. לְמַעֲנִי, לְמַעַן *propter me,* לְמַעֲנֶךָ, לְמַעַנְךָ *propter te,* &c.

12. מִמֶּנִּי, מֶנִּי, מִנִּי, מִן *A me,* מִמְּךָ *A te,* מִמֶּנּוּ *ab eo,* pro quo etiam legitur, מֶנְהוּ & מִנְהוּ *ab illo,* מִנְּהֶם, מֵהֶם *ab eis,* מִכֶּם, מִמְּכֶם *A Vobis,* מִמֶּנּוּ *A nobis.*

13. נֶגְדִּי, נֶגֶד *coram me,* נֶגְדְּךָ *coram te.*

14. עִמִּי, עִם *mecum,* עִמְּךָ *tecum,* &c:

15. Inſeparabiles tres בכל ante Nomina, ſæpiſſimè articulum ה extrudunt, ac ſuſcipiunt ejus vocalem: בַּמּוֹץ *Sicut gluma, pro,* בְּהַמּוֹץ.

FINIS.

Digitized by Google

זֶה עָנִי קָרָא וַיהוָֹה שָׁמֵעַ וּמִכָּל־צָרוֹתָיו הוֹשִׁיעוֹ׃
חֹנֶה מַלְאַךְ־יְהוָֹה סָבִיב לִירֵאָיו וַיְחַלְּצֵם׃
טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי־טוֹב יְהוָֹה אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה־בּוֹ׃
יְראוּ אֶת־יְהוָֹה קְדֹשָׁיו כִּי־אֵין מַחְסוֹר לִירֵאָיו׃
כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ וְדֹרְשֵׁי יְהוָֹה לֹא־יַחְסְרוּ
כָל־טוֹב׃
לְכוּ־בָנִים שִׁמְעוּ־לִי יִרְאַת יְהוָֹה אֲלַמֶּדְכֶם׃
מִי־הָאִישׁ הֶחָפֵץ חַיִּים אֹהֵב יָמִים לִרְאוֹת טוֹב׃
נְצֹר לְשׁוֹנְךָ מֵרָע וּשְׂפָתֶיךָ מִדַּבֵּר מִרְמָה׃
סוּר מֵרָע וַעֲשֵׂה־טוֹב בַּקֵּשׁ שָׁלוֹם וְרָדְפֵהוּ׃
עֵינֵי יְהוָֹה אֶל־צַדִּיקִים וְאָזְנָיו אֶל־שַׁוְעָתָם׃
פְּנֵי יְהוָֹה בְּעֹשֵׂי רָע לְהַכְרִית מֵאֶרֶץ זִכְרָם׃
צָעֲקוּ וַיהוָֹה שָׁמֵעַ וּמִכָּל־צָרוֹתָם הִצִּילָם׃
קָרוֹב יְהוָֹה לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב וְאֶת־דַּכְּאֵי־רוּחַ יוֹשִׁיעַ׃
רַבּוֹת רָעוֹת צַדִּיק וּמִכֻּלָּם יַצִּילֶנּוּ יְהוָֹה׃
שֹׁמֵר כָּל־עַצְמוֹתָיו אַחַת מֵהֵנָּה לֹא נִשְׁבָּרָה׃
תְּמוֹתֵת רָשָׁע רָעָה וְשֹׂנְאֵי צַדִּיק יֶאְשָׁמוּ׃
פֹּדֶה יְהוָֹה נֶפֶשׁ עֲבָדָיו וְלֹא יֶאְשְׁמוּ כָּל־הַחֹסִים בּוֹ׃

Ver-

א

Verſus 1.

אֲבָרֲכָה אֶת־יְהוָה בְּכָל־עֵת תָּמִיד

ſemper in omni tempore Dominum Benedicam

תְּהִלָּתוֹ בְּפִי׃

.in ore meo laus eius

(אֲבָרֲכָה) *Benedicam*. eſt prima perſona ſingul. futuri à verbo בֵּרֵךְ in conjugatione Pihel. Itaque prima litera א eſt formatiua primæ perſonæ futuri, vide in Gramatica cap. 12. 19. Deberet autem hæc litera habere ſub ſe Scheua ſimplex; id enim requirit conjugatio Pihel: tamen habet Scheua cōpoſitum, quia literæ gutturales, qualis eſt א, non patiuntur ſub ſe initio dictionis Scheua ſimplex, vide cap. 2.12. Secunda litera ב eſt prima radicalis, & habet ſub ſe Kametz, non patach, vt conjugatio Pihel requireret quia ſequens litera deberet habere Dageſch forte, quod eſt ſignū conjugationis Pihel, cuius tamen non eſt capax, & propterea ſuppletur per longam vocalem pręcedentē, vide cap. 14.5. linea quæ ſequitur poſt Kametz, eſt accentus Rhetoricus, qui dicitur Metheg, cuius officium eſt retinere

ſyllabam, ſine quo illud Kametz non eſſet Kametz ſed Kametz chatuph vide cap. 5. 13. Tertia litera quæ eſt ר eſt ſecunda Radicalis, & deberet habere ſub ſe punctum Tzere, ſed habet Scheua mobile propter ה ſuperadditum in fine, de quo mox dicemus. Quarta litera quæ eſt כ, eſt vltima Radicalis, & habet ſub ſe Kametz propter ſequentem literam, nam alioqui Scheua quieſcens habere deberet hoc modo, אֲבָרֵךְ. Vltima litera eſt paragogica, ornatus gratia ſuperaddita. vide cap. 12.24.

(אֶת־) Eſt Articulus Accuſatiui caſus. vide cap. 8. 12. Linea ſequens eſt Accentus Rhetoricus, qui dicitur Machaph, & coniungit vnam dictionem cum altera. vide cap. 5. 16. & præterea Puncta longa mutat in breuia, vt hoc loco אֵת (ſic enim ſcribitur ſine Macaph) mutatur in אֶת. ibid.

(יְהוָה) Nomen eſt proprium Dei, cuius Radix eſt הָיָה, quod Verbum ſignificat *fuit*. Itaque prima litera, quę eſt Iod, eſt formatiua Nominis proprij. Reliquæ tres literæ Radicem ipſam exprimunt. niſi quòd loco Iod, quæ eſſe debuit ſecunda Radicalis, ponitur ו. Sunt enim hæ literæ permutabiles. Sanè pronuntiatio huius nominis vera atque germana ignota eſt, & idcircò qui primi Puncta vocalia

repe-

repererunt, cùm huius Vocabuli ſonum propriũ ignorarent, Puncta ei aliena, id eſt, nominis אֲדֹנָי ſubiecerunt; nimirũ vt vbi hoc nomen יְהֹוָה inueniremus, per aliud nomen Dei, ſonum eius efferremus. Neque nos mouere debet, quòd in voce אֲדֹנָי primũ Punctum eſt Scheua compoſitũ, in voce autem יְהֹוָה Scheua Simplex. Id enim ex eo accidit, quòd nec א initio dictionis Scheua ſimplex ferre poſſit, cùm ſit Gutturalis litera: nec Iod Scheua compoſitũ ſub ſe vmquã habere ſoleat. Quòd verò alioqui puncta nominis יְהֹוָה ſint ipſa Puncta nominis אֲדֹנָי, & *Adonai* legendũ ſit, non *Iehoua*, cùm occurrit nomen Dei יְהֹוָה, quatuor rationibus oſtendi poteſt. Primò quia vbicũque ſimul occurrunt hæc duo nomina, ne cogamur bis dicere *Adonai*, ipſi nomini יְהֹוָה Puncta ſubiiciuntur nominis אֱלֹהִים, vt initio *Abdiæ Prophetæ*, אֲדֹנָי יְהֹוִה כֹּה־אָמַר; & in fine *Habacuch*, יְהֹוִה אֲדֹנָי חֵילִי. Secundò, quia ſi præcedat hoc nomen litera Seruilis ב, vel כ, vel ל, aut ו; non ſcribitur וִיהוָה, לִיהוָה, כִּיהוָה, בִּיהוָה, vt ſecundùm

Re-

Regulas ſcribendũ eſſet ſi *Iehoua* pronuntiaremus, ſed וַיהוָה , לַיהוָה , כַּיהוָה , בַּיהוָה , vt nomen ipſum *Adonai* requirit. vide cap. 4. 10. Tertiò, quia poſt יְהוָֹה literę בגד כפת recipiũt Daghes lene, vt in hoc ipſo primo verſu pſal. perſpicuũ eſt: at hoc non poſſet fieri, ſi legeremus *Iehoua*, & non *Adonai*. Siquidem vltima litera vocis *Iehoua* eſt ה quieſcens, vltima verò vocis *Adonai* eſt י mobile. literę autem illæ בגד כפת initio dictionis ſẽper habent Daghes lene, niſi præcedat immediatè litera Quieſcens. vide cap. 3. Cur denique Prou. 16. ſcibitur מֵיְהוָֹה? niſi quia in pronuntiatione huius vocis, poſt מ ſequitur א, quæ litera non eſt capax Daghes, & ideò verti debet Chirik in Tzere ſub litera Mem. vide cap. 3. 7. Neque verò Rabbini Punctorũ inuentores, primi ſunt qui nomen Dei יְהוָֹה per אֲדֹנָי efferre cœperunt. Siquidẽ S. Hieron. iſtis Rab. antiquior, Exod. c. 6. v. 3. ita vertit illa Hebrica verba: לָהֶם וּשְׁמִי יְהוָֹה לֹא נוֹדַעְתִּי, *& nomen meum Adonai non indicaui eis*. Origenes quoque B. Hieron. vetuſtior, in Tetraplis atque Hexaplis ſuis, in ea columna in qua voces Hebraicas Græcis literis deſcripſit, vbique pro יהוה *ἀδωνάι* poſuiſſe fertur. Ipſi etiam LXX. vetuſtiſſimi Inter-

ter-

terpretes ſemper nomen יהוה per *κύριος* reddiderunt, quod Latinè *Dominus*, Hebraicè אֲדֹנָי dicitur, & quod eſt omnium maximũ, Chriſtus & Apoſtoli cùm ſæpè ex Teſtamento veteri proferant teſtimonia, in quibus hoc nomen continetur, nunquam tamen *Iehoua* dixerunt, ſed ſemper *Dominus*. cùm tamen alia nomina propria ſuis vocibus expreſſerint, vt *Adam, Noe, Abraham, Heuam, Saram, Mariã.* Denique apud veteres omnes inauditũ fuit ſẽper nomen *Iehoua:* & licet aliqui nomen יהוה per *Iaho*, vt Clemens Alexand. lib. 5. Strom. Macrob. l. 2. Saturnal. cap. 18. & Diodorus Siculus lib. 1. Bibliothecæ; aliqui per *Iaue*, aut *Iab*, vt Theodo. q. 15. in Exod. exprimi poſſe crediderunt; plures tamen hoc nomen *τετραγράμματον*, & *ἄῤῥητον*, atque *ἀνεκφώνητον* vocauerunt. vide Origen. hom. 14. in lib. nu. Euſeb. lib. 11. de Præpar. Euang. cap. 8. Greg. Nazian. orat. 4. de Theologia. Theodoret. q. 15. in Exod. Hieron. epiſt. 136. ad Marcellã, & in cap. 16. Ezech. Non diſplicet tamen eorũ coniectura, qui nomen hoc nihil aliud eſſe credunt, quàm tertiã perſonã Futuri Verbi ſubſtantiui, & hunc in modũ ſcribi, & efferri debere, יִהְיֶה *iheieh*, quod ſignificat, *erit*, ſiue *erat*, ſiue *eſt*, quod propriè Deo ſoli conuenire docemur Exodi 3. 14. אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה

בכל

(בְּכָל־) *in omni.* Litera בְּ cum Scheua mobili deſeruit loco Prępoſitionis *in.* cap. 39. 7. vox autē כָּל־ eſt nomen indeclinabile, ſignificatque *omnę, totum, vniuerſum*, in quolibet genere, numero, & caſu. Deriuatur per detractionē vnius literæ à Verbo, כָּלַל, quod ſignificat *perfecit*, & ſi quidem non ſequatur accentus Macaph, ſcribitur per Cholē: ſi verò ſequatur, vt hoc loco, ſcribitur per Kametz chatuph, כָּל־ c. 5. 20.

(עֵת) *tempore.* Nomen eſt deriuatiuū formatū per detractionē à Radice עָוַת, quod eſt *inuertit*, quia tempus videlicet omnia mutat, & inuertit. Sed fortaſſe veriùs diceremus Radicem eius eſſe עָנָה, quod Verbū non eſt ampliùs in vſu. Nam in plurali עֵת facit עִתִּים, vbi punctū Daghes indicat defectū alterius Tau Radicalis. cap. 3. 8. porrò furcula inuerſa quæ ſubiecta eſt huic voci עֵת eſt Accentus diſtinguens mediā periodū, diciturq; Athnach. c. 5.

(תָּמִיד) *ſemper.* Aduerbium temporis eſt, ſignificatque; *quotidie, ſemper, iugiter cap.* 38. 4.

Eſt

Eſt etiam nomen, ſignificans *quotidianum*, *continuum*, *iuge*.

(תְּהִלָּתוֹ) *Laus eius*. nomen eſt fœmininũ cum pronomine Affixo tertiæ perſonæ. Radix eſt הָלַל, *laudauit*, inde fit nomen תְּהִלָּה, *laus*, vbi Tau eſt litera formatiua nominis, literæ ה & ל ſunt prima, & tertia Radicales, ſecunda radicalis deeſt, ſed loco eius eſt Daghes forte in tertia. Poſtrema litera He cum præcedente Chametz, eſt ſignũ generis fœminini, cap. 7. 10. in Regimine genitiui vertitur He in Tau, & pro תְּהִלָּה, dicitur תְּהִלַּת, addito autem pronomine Affixo, redit Kametz, & fit תְּהִלָּתוֹ *laus eius*. vide cap. 11. 19.

(בְּפִי) *in ore meo*. Litera ב eſt præpoſitio *in*, vt ſuprà diximus, & caret Daghes leni propter præcedentẽ literã Quieſcentẽ. vox autẽ פִּי eſt nomen cum Affixo Pronomine primæ perſonæ. Radix eſt פֶּה, *os*, & tam in Regimine ſimplici, quam cum Affixo primæ perſonę facit פִּי, in plurali פִּים, *ora*. cap. 44. 19. linea ſubjecta huic voci פִּי eſt Accentus diſtinguens integram periodum, diciturque Soph Paſuch cap. 5. § 1: 9.

ב

Verſus II.

יִשְׁמְעוּ	נַפְשִׁי	תִּתְהַלֵּל	בַּיהוָה
audient	*anima mea*	*laudabitur*	*In Domino*
	וְיִשְׂמָחוּ׃	עֲנָוִים	
	& lætabuntur.	*manſueti*	

(בַּיהוָה) *In Domino*. Litera ב ſeruit loco Prępoſitionis *in*: יהוה eſt nomen Dei, de quo ſuprà diximus.

(תִּתְהַלֵּל) *laudabitur*. Eſt tertia perſona futuri generis fœminini, Verbi הָלַל, in conjugatione Hithpael. vide cap. 16. 4. Quia verò Verba in conjugatione Hithpael ſignificant actionē eiuſdem, ideò תִּתְהַלֵּל ſignificat, *laudabitur anima à ſeipſa*, ſed in Domino, non in ſeipſa, id eſt, laudando Dominũ, ſeipſam quodãmodò laudabit, cùm laus Dñi in ſeruos etiam redundet. niſi magis placeat, hìc *laudari* accipi pro *lętari*, & *gloriari*.

(נַפְשִׁי) *anima mea*. Nomen eſt fœmininũ cum Affixo Pronomine primę perſonæ: Radix eſt ipſum nomen נֶפֶשׁ, *anima*, & cum

Affi-

Affixo נַפְשִׁי, *anima mea*. De iſta punctorum mutatione vide cap. 44. 16.

(יִשְׁמְעוּ) *audient*. Tertia perſona eſt Futuri, numeri multitudinis, Verbi שָׁמַע, in conjugatione Kal, ſicut enim à לָמַד fit יִלְמְדוּ, ita à שָׁמַע *audiuit*, fit יִשְׁמְעוּ *audient*. cap. 13. Quia tamen Hebræi carent Imperatiuo tertiæ perſonæ, & pro eo vſurpãt Futurũ, idcircò noſter Interpres rectè vertit *audiant*.

(עֲנָוִים) *manſueti*. Nomen eſt maſculinũ numeri multitudinis. Radix eſt עָנָה, quòd Verbum ſignificat *reſpondit*, *humilis*, *pauper*, *mitis fuit*. Inde fit nomen עָנָו, *mitis*, *manſuetus*; *humilis*, vbi ו eſt loco ה vltimæ Radicalis; in plurali עֲנָוִים, ſicut à דָּבָר, fit דְּבָרִים, niſi quòd ſub prima litera vocis עֲנָוִים eſt Scheua compoſitũ, quia Hajn eſt litera gutturalis. De formatione pluralis numeri à ſingulari, vide cap. 9.

(וְיִשְׂמָחוּ) *& lætentur*. Litera ו eſt ſeruilis, ſignificatque hoc loco *&*. cap. 6. §. 5. vox autem יִשְׂמְחוּ eſt tertia perſona pluralis Futuri, verbi שָׂמַח, in conjugatione Kal. Debuit autẽ ſe-

cundùm regulam ſcribi יִשְׂמְחוּ ſicut יִשְׁמְעוּ; tamen propter accentum Soph paſſuK, qui indicat finē periodi, mutatum eſt Scheua ſecundæ Radicalis in Kametz cap. 5. § 18. 4. Hoc etiam loco pro Futuro, *lętabuntur*; rectè vertit Intrepres per modum imperandi, *latentur*, quòd careant Hebræi tertia perſona Imperatiui.

ג

Verſus III.

וּנְרוֹמְמָה	אִתִּי	לַיהוָה	גַּדְּלוּ
& exaltemus	*mecum:*	*Dominum*	*Magnificate*
		יַחְדָּו׃	שְׁמוֹ
		pariter.	*nomen eius*

(גַּדְּלוּ) *Magnificate:* Eſt ſecunda perſona numeri multitudinis; modi Imperatiui, Verbi גָּדַל, in Conjugatione Pihel. Itaque גָּדַל ſignificat, *magnus fuit*, in Pihel גִּדֵּל *magnificauit*, in Imperatiuo גַּדְּלוּ, *magnificate*, ſicut פַּקְּדוּ cap. 14.

(לַיהוָה) *Dominum*. Litera ל eſt ſeruilis, de-

deſeruitque hoc loco pro articulo accuſatiui, caſus alias operationes vide cap. 8. 12. de יהוה dictum eſt.

(אִתִּי) *mecum*. Præpoſitio eſt cum Affixo Pronomine primæ perſonæ. nam אֵת, eſt Prępoſitio *cum*, & recipit Affixa more nominum.

(וּנְרוֹמְמָה) *&, exaltemus*. Litera ו ſeruilis eſt, ſignificans, *&*: habet autē punctū in vētre loco Sceua, propter aliud Sceua ſequens c.4.10. Vox נְרוֹמְמָה eſt prima perſona pluralis Futuri in Pihel, à Verbo רוּם, cum ſuperaddito ה paragogico. Radix ergo eſt רוּם, quod eſt Verbum ex Quieſcentibus Hain Vau, & ſignificat *exaltauit*. In Pihel, ſiue Pohel facit רוֹמֵם, *exaltauit*, in futuro, יְרוֹמֵם תְּרוֹמֵם נְרוֹמֵם אֲרוֹמֵם; addito autem ה paragogico fit נְרוֹמְמָה *exaltabimus*, vel *exaltemus*, de more Hebræorum, qui per Futurum exprimunt etiam Imperatiuum.

(שְׁמוֹ) *nomen eius*. Nomen cum Affixo tertiæ perſonæ. Radix eſt שֵׁם, & cum affixo שְׁמוֹ *nomen eius*. vide cap. 44. Reg. 2.14.

(יַחְדָּו) *pariter*. Aduerbiũ à Radice יָחַד; quod Verbum ſignificat *vnire*. Inde enim fit aduerbiũ יַחַד, יָחַד, & יַחְדָּו, *pariter, ſimul*. vide cap. 38. 10.

ד

Verſus v.

דָּרַשְׁתִּי אֶת־יְהוָה וְעָנָנִי וּמִכָּל־

& ex omnibus & audiuit me: Dominum Quæſiui

הִצִּילָנִי מְגוּרוֹתַי

liberauit me: pauoribus meis

(דָּרַשְׁתִּי) *Quæſiui*. Prima perſona ſingularis Præteriti, Verbi דָּרַשׁ, in Conjugatione Kal, ſicut פָּקַדְתִּי. vide cap. 13.

(וְעָנָנִי) *& audiuit me*. Tertia perſona ſingularis Præteriti, Verbi עָנָה, *audiuit, reſpondit*, in conjugatione Kal, cum Affixo primæ perſonę; ſiquidẽ tertia Radicalis ad præſentiã Affixorũ excidere ſolet. Itaque à עָנָה addito נִי quod eſt affixum primæ perſonæ,& remota

litera

litera ה, fit עָנָנִי *audiuit me*, ſiue *reſpondit mihi*. cap. 45.11.

(וּמִכָּל) *& ex omnibus*. Litera Vau ſeruilis eſt, ſignificans *&*: habet autē punctum in ventre loco Scheua propter ſequentem literam Labialem. Sequens particula מ eſt prępoſitio מִן, quæ ſignificat *ex*; *ab*, *de*, ſed euphoniæ cauſa vbique perdit literã נ, & loco eius infigit Daghes in ſequenti. cap. 39. 7. De voce כָּל dictum eſt verſo primo.

(מְגוּרוֹתַי) *pauoribus meis*. Nomen eſt fæmininũ numeri pluralis cum Affixo primę perſonę Radix eſt גּוּר, quod Verbũ ſignificat, *peregrinari*, & *pauere*. Inde nomen maſculinũ מָגוֹר, ſiue מְגוּר, *pauor*, vbi litera מ eſt formatiua nominis. c. 6. §. 4. Ab hoc maſculino מָגוּר, fit fœmininũ מְגוּרָה vide cap. 8. in plurali מְגוּרוֹת, *pauores*. cap. 10.3. & cum Affixo מְגוּרוֹתַי, *pauores mei*.

(הִצִּילָנִי) *liberauit me*. Præteriti perſonæ tertia ſingul. Verbi נָצַל in conjugat. Hiphil, cum Affixo primę perſonæ. Itaque à נָצַל, quod

quod eſt Verbum ex defectiuis Pe Nun, fit in Hiphil הִצִּיל, *liberauit*. vide cap. 18. & cum Affixo הִצִּילָנִי, *liberauit me*. cap.46. 3. ſub litera ל eſt Kamerz pro Patach; ſiquidem ante Affixũ primæ perſonę in verbis ponitur Patach: tamen propter accentũ Soph paſuch vertitur hoc loco Patach in Kametz. vide c.46.3.

ה ו

Verſus V.

וּפְנֵיהֶם	וְנָהָרוּ	אֵלָיו	הִבִּיטוּ
& facies eorũ	*& illuſtrati ſunt:*	*ad eũ*	*Aſpexerũt*
	יֶחְפָּרוּ׃	אַל־	
	confundentur	*non*	

(הִבִּיטוּ) *Aſpexerunt*. Tertia perſona pluralis præteriti, Verbi נָבַט in Hiphil. Verbũ נָבַט ex defectiuis Pe Nun, in Hiphil facit הִבִּיט *aſpexit*. Inde הִבִּיטוּ, *aſpexerunt*. Sciendũ eſt; D. Hieron. & LXX interpretes non legiſſe הִבִּיטוּ, ſed הַבִּיטוּ, in Imperatiuo, & ideò vertiſſe, *accedite* videlicet *oculis*, id eſt, *reſpicite*.

אליו

(אֵלָיו) *ad eum*. Præpoſitio cum Affixo. Radix videtur eſſe אלה; inde fit præpoſitio אֶל *ad*, & ſcribitur cum Segol; vt diſtinguatur ab אֵל, quod eſt vnum ex nominibus Dei. cum Affixo perſonæ mutat Segol in Tzere, & additur י poſt ל, & fit אֵלָיו, ad eum. vide cap. 39. 2. § 2.

(וְנָהָרוּ) *& illuminati ſunt*. Tertia perſona pluralis Verbi נָהַר, in Kal. נָהַר ſignificat *confluxit, illuminauit*: in tertia perſona plurali facit נָהֲרוּ, vbi ſub litera ה eſt Scheua compoſitum, non ſimplex de more aliorum Verborũ, quia ה litera Gutturalis eſt, & propterea non patitur ſub ſe Scheua ſimplex. vide cap. 4. 8. Hoc autem loco propter accentũ diſtinctiuũ, non eſt etiam Scheua compoſitũ, ſed Kametz. vide cap. 45. Porrò D. Hieron. qui vertit *confluite*, & LXX Interpretes, qui verterunt *illuminamini*, non legerunt נָהָרוּ, ſed in Imperatiuo, נַהֲרוּ.

(וּפְנֵיהֶם) *& facies eorum*. Litera ו habet Punctum in ventre loco Scheua, quia præcedit literam Labialẽ, nimirum פ. illud autem פְּנֵיהֶם, Nomen eſt plurale cum Affixo, Radix

eſt פָּנָה, *aſpexit*, inde fit nomen פָּנִים *facies*, & ſolùm inuenitur in numero plurali. in Regimine facit פְּנֵי, & cum Affixo פְּנֵיהֶם, *facies eorum*, cap. 11. 20. Eſt autem obſeruandū, D. Hieron. & LXX, qui verterunt, *facies veſtræ*, non legiſſe פְּנֵיהֶם, ſed פְּנֵיכֶם.

(אַל) *non*. Aduerbium negandi, ſicut etiã לֹא. vide cap. 38.7.

(יֶחְפָּרוּ) *confundentur*. Tertia perſona pluralis Futuri Kal, à Verbo חָפֵר, quod eſt, *erubuit*, & *confuſus eſt*. Habet autem ſub litera י Punctum (ֶ)propter ſequentem Gutturalẽ. & ſub litera ח habet Scheua ſimplex pro compoſito, quia ſequitur Daghes lene. Denique ſub litera פ habet Kametz pro Scheua, propter Accentum diſtinctiuum. vide cap. 45.

ז

Verſus VI.

זֶה עָנִי קָרָא וַיהוָה שָׁמֵעַ

audiuit & Dominus clamauit pauper Iſte

וּמִכָּל־ צָרוֹתָיו הוֹשִׁיעוֹ׃

ſaluauit eum, anguſtiis eius & ex omnibus

(זֶה) *Iſte*. Pronomen demonſtratiuū, generis

neris maſculini, *iſte*, *hic*. cap. 11. 6. penult.

(עָנִי) *pauper*, à Verbo עָנָה, quod eſt, *humilis & pauper fuit*, fit nomen עָנִי, *pauper*, vbi י eſt loco ה vltimæ Radicalis.

(קָרָא) *clamauit*, eſt perſona tertia ſingul. Præter. maſc. gen. & proinde ipſa Radix.

(שָׁמֵעַ) *audiuit*, eſt etiam ipſa Radix, dicimus enim שָׁמַע & שָׁמֵעַ. Porrò Patach ſub litera ע eſt additum, propter pronuntiationẽ literæ ע.

(וּמִכָּל) vide ſupra verſu 4.

(צָרוֹתָיו) *anguſtiis eius*, à Verbo צוּר, quod eſt, *anguſtiis affecit*, fit nomen fœmininum צָרָה, *anguſtia*. In plurali צָרוֹת, *anguſtiæ*, cum Affixo tertiæ perſonæ צָרוֹתָיו *anguſtiæ eius*.

(הוֹשִׁיעוֹ) *ſaluauit eum*. Radix eſt יָשַׁע, vnde fit יֵשַׁע *ſalus*. inde fit Verbum in Hiphil הוֹשִׁיעַ, *ſaluauit*. vide Quieſcentia Pe Iod. c. 33. addito Affixo, fit הוֹשִׁיעוֹ, *ſaluauit eum*. Inde eſt nomen יְהוֹשֻׁעַ, Ieſus. nec enim ſcribi debet יֵשׁוּ, vt Iudæi per contemptum ſcribunt; nec etiam יְשׁוּעָה, quod *ſalutem*, non *ſaluato-*

rem ſignificat, ſed יְהוֹשֻׁעַ; quod ſemper LXX. Interpretes verterunt, Ἰησοῦς, vnde eſt Latinũ IESVS, & quod Nomen fuit Ieſu Naue, & Ieſu Ioſedech, qui typum geſſerunt Saluatoris noſtri, & quod denique veram habet formã, nominis Proprij, & Saluatorem ſignificat, cùm Iod initio poſitum ſit proprij Nominis formatiuũ, & reliquæ literę ſint Verbi הוֹשִׁיעַ, quod eſt *ſaluare*.

ח

Verſus VII.

חֹנֶה מַלְאַךְ יְהוָה סָבִיב

caſtrametatur Angelus Domini circa

לִירֵאָיו וַיְחַלְּצֵם׃

timentes eum & eripuit eos:

(חֹנֶה) *Caſtrametatur*, Participium præſens à Verbo חָנָה, quod propriè ſignificat, *caſtrametatus eſt*. Sed quia carent Hebrei Præſenti tempore, & pro eo vtuntur plerumque Participio preſenti, ideò חוֹנֶה rectè vertitur *caſtrametatur*, ſiue *circumdat more caſtrorum*. Vide in-

inflexionem Verborum quieſcentium Lamed He, cap. 34.

(מַלְאָךְ) *Angelus*. nomen eſt Heemanticum, deductum à Verbo לָאַךְ, inuſitato, per additionem literæ מ. c. 6. § 4. 1.

(סָבִיב) Præpoſitio eſt, ſignificatque *in circuitu, in gyro, circà*, à Verbo סָבַב, quod eſt *circuire*. vide Præpoſitiones cap. 39. 2.

(לִירֵאָיו) *timentes eum*. Litera ל eſt articulus, & habet Chirek loco duorum Scheuaim, quorum vnum ſub Iod, alterum ſub ipſo Lamed eſſe debuiſſet. Eadem enim eſt ratio literæ ל, & literæ ו quoad Puncta ſubiecta. Remota igitur litera Lamed, ſequens dictio integra eſt יְרֵאָיו, quę quidem eſt participium generis maſculini, numeri pluralis cum Affixo, à Verbo יָרֵא, *timuit*. Participium enim eſt etiam יָרֵא, nec à Præterito vllo modo differt in ijs enim verbis quæ in præterito habent Kametz, & Tzere, Partic. & Præteritū voce non diſtinguūtur dicimus enī מָלֵא impleuit, & מָלֵא plenus, & חָפֵץ deſiderauit, & חָפֵץ diſiderans. Porrò יָרֵא, *timens*, in plurali facit יְרֵאִים, *timentes*

mentes; iuxta regulas mutationis punctorum; & cum Affixo יראיו *timentes eum*.

(ויחלצם) *& eripuit eos*. Litera ו eſt ſeruilis, vertique ſignificationẽ Futuri in Pręteritũ vide c. 12.22. vox autẽ יחלצם eſt perſona tertia generis maſculini, numeri ſingularis Futuri, in Conjugatione Pihel, cum Affixo tertiæ perſonæ pluralis maſculini generis. Radix eſt חלץ, *receſſit*: inde חלץ, *remouit. eripuit*; inde in Futuro יחלץ. *eripiet* & cum Affixo יחלצם, *eripiet eos*, & cum Vau verſiuo ויחלצם, *& eripuit eos*. vide de Affixis Verborum in Pihel, cap. 46. 57.

Obſeruandum eſt, D. Hieron. & LXX Interpretes, qui verterunt, *& eripiet eos*, non legiſſe Vau cum Patach, ſed cum Chirik, hoc modo ויחלצם, *& eripiet eos*.

ט

Verſus VIII.

טעמו	וראו	כי	טוב	יהוה
guſtate	*& videte*	*quoniam*	*bonus*	*Dominus*

אשרי

אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה בּוֹ׃
in eo . ſperabit ille vir beatus

(טַעֲמוּ) *Guſtate*, à Præterito טָעַם, *guſtauit*, fit in Imperatiuo ſecunda perſona pluralis, טַעֲמוּ *guſtate*, vbi Patach eſt ſub prima radicali pro Scheua; aut Chirik, propter ſequentẽ Gutturalem.

(וּרְאוּ) *videte*. à Præterito רָאָה, *vidit*, fit in Imperatiuo רְאֵה, *vide*, & רְאוּ, *videte*. vide cap. 34. inflexionem Verborum quieſcentiũ LamedHe.

(כִּי) Conjunctio eſt, ſignificatque *quoniam*, *quòd*, *quia* & ſimilia cap.40.9.

(טוֹב) *bonus*, à Verbo טוֹב, quod ſignificat *bonus fuit*. fit nomen טוֹב, *bonus*. Sciendum, autem ſubintelligi Verbum ſubſtantiuũ cùm dicitur: *guſtate, & videte, quoniam bonus Dominus*.

(אַשְׁרֵי) *beatus*. A Radice אָשַׁר fit Verbũ אִשֵּׁר *beatificauit*, & nomen אַשְׁרֵי *beatus*, & *beati*. eſt enim vtriuſque numeri, licet formam præ ſe ferat Nominum numeri pluralis, & in Regimine exiſtentium.

(הַגֶּבֶר) *ille vir*. Litera ה Seruilis eſt, vim habens

habens Pronominis demonſtratiui, more Græcorum Articulorum. Punctum eius ordinarium, eſt Patach ſequente Daghes vide cap. 11. 10. Nomen autem גֶּבֶר ſi à Verbo גָּבַר, quod eſt *roborare*, & ideò propriè ſignificat *virum*, qui etiam apud Latinos à viribus ſic appellatur.

(יֶחְסֶה) *ſperabit*. Futuri tertia perſona ſingularis, generis maſculini; à Verbo חָסָה *ſperauit*. vide inflexionem Verborum quieſcentiũ Lamed He. cap. 34. Ratio quia prima Radicalis habeat Scheua eſt quia ſolet ſcriptura Gutturalibus Chatephatis auferre vocalem Patach aut Segol linquendo purum Scheua vt יַחְפְּשׁוּ יֶחֱזְקוּ נֶאֱמַן יַחְפּוֹץ pro יֶחֱזְקוּ נֶאֱמַן יַחְסֹר יַחְפּוֹץ יַחֲפְשׁוּ, & in hoc loco Iod habet, Segol quia quãdo prima thematis eſt Gutturalis, & proinde in Infinitiuo non habet ְ ſimplex, ſed ֲ, vel ֱ, tunc literæ בכל quę formant Gerundiũ, & literę איתן quæ formant Futurum, non poſſũt habere ſub ſe ְ vel ִ, ſed ַ aut ֶ, id eſt, Punctum affine ei quod eſt ſub prima thematis: itaque dicemus in Infinitiuo בַּעֲבוֹר *in tranſeundo*, pro בַּעֲבוֹר, בֶּאֱמוֹר *in dicendo*, pro בְּאֱמוֹר; & in Futuro יַעֲבוֹר *tranſibit*, pro יְעֲבוֹר

& li-

& licet interdum prima thematis Gutturalis exiſtens habeat Scheua ſimplex, tamen literę בכל, & literæ איתן retinent ſuum ֶ aut ֱ, vt לְחַמֵּם *ad calefaciendum*, & יֶחְסְרוּ *deficient*, אֶחְפּוֹץ *volet*. Cur autem ſub litera Iod ſit ֶ, & ſub Cheth Gutturali ſit Sheua. Et quamuis יֶחְסֶה ſit Futurum, tamen rectè vertitur à D. Hieron. & à LXX Interpretibus per tempus Præſens. Vtuntur enim Hebræi Futuro pro Pręſenti, præſertim quando ſignificatur continuatio actionis. vide cap. 12. 6. notandum eſt etiam, deeſſe hoc loco Pronomen relatiuū, & ſubintelligendum eſſe, *qui*.

(בּוֹ) *in eo*. Litera Seruilis cum Affixo.

Verſus IX.

יִרְאוּ אֶת־יְהוָה קְדֹשָׁיו כִּי אֵין

non quoniam ſancti eius: Dominum timete

מַחְסוֹר לִירֵאָיו׃

timentibus eius: defectus

(יִרְאוּ) *Timete*. Secunda perſona pluralis

D nu-

numeri, generis maſculini, modi Imperatiui, à Verbo יָרֵא, *timuit*. & quidem ſecundùm Regulas deberet eſſe Imperatiuus, יְרָא, *time*, יִרְאוּ, *timete*. vide cap.30. quia tamen à Verbo etiam רָאָה, *vidit*, fit יִרְאוּ, *videbunt*; ne iſta Verba confundantur, in priori dicimus יְראוּ, cum א penitus quieſcente.

(קְדֹשָׁיו) *ſancti eius*, à Verbo קָדַשׁ, *ſanctus fuit*, deſcendit nomen קָדוֹשׁ, *ſanctus*, in plurali קְדוֹשִׁים, *ſancti*, cum Affixo קְדוֹשָׁיו, *ſancti eius*. vide de mutatione Punctorum. cap.8.§8. & c.44.21.

(כִּי) vide ſuprà verſu 8.

(אֵין) Aduerbium negandi c. 38.7.

(מַחְסוֹר) *defectus*, à Verbo חָסֵר, *defecit*; formatur nomen per additionem מ, quę vna eſt ex literis Heemanticis, מַחְסוֹר *defectus*, *inopia*. vide cap.6. §. 4.1.

(לִירֵאָיו) *timentibus eum*. vide ſup. ver. 7.

ver-

כ

Verſus X.

כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ וְדֹרְשֵׁי
& quærentes & eſurierunt eguerunt leunculi
יְהוָה לֹא יַחְסְרוּ כָל טוֹב׃
bono. omni deficient non Dominum

(כְּפִירִים) *Leunculi*. à Verbo כָּפַר fit nomē כְּפִיר, & ſignificat propriè *leunculum iam grandiuſculum, & ad prædandum idoneum*; vt patet ex libro Ezech. c. 19. ver. 3. & per metaphoram intelligitur tam hoc loco, quàm apud Ezechielē, per leunculum homo diues, & potens, alienorum honorum, cupidus, direptorque.

(רָשׁוּ) *eguerunt*. Tertia perſona numeri pluralis, temporis Preteriti à Radice רוּשׁ, *eguit*. ſic autem flectitur Præteritnm רָשׁ, רַשְׁתָּ רַשְׁתִּי רָשׁוּ׃. vide cap. 26.

(רָעֵבוּ) *eſurierunt*. רָעֵב *eſuriit*; inde in tertia perſona plurali רָעֲבוּ, eſurierunt,& propter

Accentum diſtinctiuum, רָעֵבוּ. vide c.45.3.

(וְדֹרְשֵׁי) *quærentes*. Eſt Participium actiuū, numeri multitudinis in Regimine, à Verbo דָּרַשׁ, *quæſiuit*. Hinc enim דּוֹרֵשׁ, *quærens*, & in plurali דּוֹרְשִׁים & דּוֹרְשֵׁי, *quærentes*.

(לֹא־) *non*. Aduerbum negandi.

(יַחְסְרוּ) *deficient*. à Verbo חָסֵר, *defecit*, fit Futurum יֶחְסְרוּ, *deficient*. vide ſupra ver. 9.

(כָּל־) *omni*. vide ſupra ver. 1:

(טוֹב) *bono*. Etſi propriè טוב eſt nomen generis maſculini, & fit fœmininum טוֹבָה, *bona*, & Hebræi plerumque vtuntur fœminino pro neutro quo carent, vt D. Hieronymus docet in cap. 7. Eccleſiaſtæ, tamen vtūtur etiam non rarò ipſo maſculino, vt hoc loco, & alibi.

ל

Verſus XI.

יְהוָה	יִרְאַת	לִי	שִׁמְעוּ־	בָנִים	לְכוּ־
Domini	*timorem*	*me*	*audite*	*filij*	*Venite*

אֲלַמֶּדְכֶם׃
docebo vos.

לכו

(לְכוּ־) *Venite*, ſecunda perſona pluralis Imperatiui, à Verbo יָלַךְ, *venit*. vide inflexionem cap. 23. 6. Sciendum tamen eſt hoc Verbum יָלַךְ non eſſe in vſu in Præterito, & Participiis, ſed pro eo vſurpari Verbum הָלַךְ, quod idem ſignificat, ſicut è contrario Verbum הָלַךְ rarò eſt in vſu in Infinitiuo, Imperatiuo, & Futuro, & pro eo vſurpatur Verbum יָלַךְ.

(בָּנִים) *filij*, à Verbo בָּנָה *ædificauit*, fit nomē בֵּן *filius*, quia filius eſt quaſi opificiū quoddam patris, in plurali, בָּנִים *filij*, in fæminino בַּת, pro בֶּנֶת, *filia*, in plurali בָּנוֹת, *filiæ*. vide cap. 10.

(שִׁמְעוּ־) *audite*, Imperatiuus à Radice שָׁמַע, ſicut à פָּקַד fit פִּקְדוּ. vide cap. 13.

(לִי) Articulus cum Affixo primæ perſonæ. cap. 11. 3. & quamquam ל ordinariè eſt articulus genitiui, aut datiui, tamen interdum etiam ſeruit accuſatiuo. vide ſup. ver. 3.

(יִרְאַת) *timorem*, à verbo יָרֵא, *timuit*; fit nomen fęmininum יִרְאָה, *timor*, & in Regimine

mine genitiui יִרְאַת.

(אֲלַמֶּדְכֶם) *docebo vos*. Prima perſona Futuri Pihel cum Affixo, à Verbo לָמַד, *didicit*. vide inflexionem ſine Affixo; cap. 14. & cum Affixo, cap. 45. 57.

מ

Verſus XII.

אֹהֵב	חַיִּים	הֶחָפֵץ	הָאִישׁ	מִי־
diligit	*vitam*	*qui vult*	*ille vir*	*Quis*
	טוֹב׃	לִרְאוֹת	יָמִים	
	bonum.	*ad videndum*	*dies*	

(מִי־) *Quis* Pronomen relatiuum, & interrogatiuum, quod de ſolo homine dicitur. vide cap. 11. 8.

(הָאִישׁ) *ille vir*, Litera ה deſeruit demonſtrationi: habet Kametz pro Patach, quia ſequens litera non eſt capax Daghes. vide c. 11. 10. & v. 1. Vox אִישׁ eſt ipſa Radix, & ſignificat *virum*, vt à fœmina diſtinguitur, & ponitur pro marito ſiue maſculo. Inde אִשָּׁה, *mulier*,

fæmi-

femina, *vxor*. dicitur etiam, אִישׁ *vnuſquiſque*, *quilibet*, *quicumque*. Deeſt hoc loco Verbum ſubſtantiuum de more Hebræorum, integra enim ſententia eſt, *Quis eſt ille vir?*

(הֶחָפֵץ) *qui vult*; Litera ה præpoſita Participio ſeruit loco Relatiui אֲשֶׁר, *qui*, & habet Segol, quia ſequitur Gutturalis affecta puncto Kametz, vide cap. 11. §. 12. 2. vox autem חָפֵץ, eſt Participium, à Verbo חָפֵץ, *voluit*. Hebræi pro præſenti quo carent vtuntur Participio, præcedente Pronomine. vide c. 12. 6.

(חַיִּים) *vitam*, Nomen eſt pluralis numeri, nec habet ſingularem, vt apud Latinos *opes*, *delitiæ*, *anguſtiæ*, &c. deducitur à Verbo חָיָה *vixit*.

(אֹהֵב) A Præterito אָהַב, *dilexit*, fit Participium numeri ſingularis אוֹהֵב, *diligens*, ſed explicatur per præſens. *diligit*, quia pertinet huc etiam Relatiuum præfixum partic. חָפֵץ.

(יָמִים) *dies*. Radix eſt יוֹם *dies*, in plurali יָמִים, *dies* vide cap. 9. § 64.

(לִרְאוֹת) *ad videndum*, Infinitiuus eſt cum

litera

litera Lamed formatrice Gerundij, à Verbo רָאָה, *vidit*, inflexionem huiuſmodi Verborũ habes cap. 34. De literis formatricibus Gerundiorum. vide cap. 12. 11. habet autem litera Lamed ſub ſe ChireK pro Scheua, ne duo Scheua in initio concurrant. vide cap. 4. 10.

(טוֹב) *bonum*. D. Hieron. & LXX Interpretes, qui verterunt, *dies videre bonos*: non ad verba, ſed ad ſenſum reſpexiſſe videntur. Nam טוֹב ſingulare eſt, & in plurali habet טוֹבִים.

נ

Verſus XIII.

וּשְׂפָתֶיךָ	מֵרָע	לְשׁוֹנְךָ	נְצֹר
& labia tua	*à malo*	*linguam tuam*	*Cuſtodi*
	מִרְמָה׃	מִדַּבֵּר	
	dolum:	*à loquendo*	

(נְצֹר) *Cuſtodi*, Imperatiuus à Verbo נָצַר, *cuſtodiuit*; eſſe debuit צֹר, *cuſtodi*. Tamen interdum etiam Verba iſta defectiua ſequuntur normam perfectorum, vt hoc loco à נָצַר fit נְצוֹר, ſicut à פָּקַד fi פְּקוֹד c. 17. & c. 13.

לשונך

(לְשׁוֹנְךָ) *linguam tuam*, à Verbo לָשַׁן inuſitato fit nomen לָשׁוֹן, *lingua*, in Regimine לְשׁוֹן: cum Affixo לְשׁוֹנְךָ, *linguam tuam*. vide cap. 44. §1.

(מֵרָע) *à malo*, litera מ ſeruit loco Præpoſitionis *à*, *ab*, & habet Tzere, quia ſequens non capit Daghes. vide cap. 39. 7. vox autem רַע deducitur à Verbo רוּעַ, *malum eſſe*. Dicimus enim רַע, *malus*, & *malum*; & רָעִים, *mali*, & *mala*; & ſcribitur quidem ordinariè cum Patach רַע, tamen hoc loco propter accentū diſtinctiuū habet Kametz: vide c. 47. 3.

(וּשְׂפָתֶיךָ) *& labia tua*. Litera ו ſeruit loco Coniunctionis *&*, habet verò Punctum in vētre loco Scheua, propter ſequens Scheua. Punctum eius ordinarium eſt Scheua, tamen ante literas Labiales, quæ ſunt בומף, & ante Scheuatas requirit Schurek, quod pro Vocali breui in eiuſmodi locis haberi ſolet: שְׂפָתֶיךָ eſt Nomen pluralis numeri, cum Affixo. Radix eſt שָׂפָה, *labium*, in duali שְׂפָתַיִם, *labia*, & cum Affixo שְׂפָתֶיךָ, *labia tua*. vide cap. 11. 19.

(מְדַבֵּר) *à loquendo*, Infinitiuus cum litera מ formatiua Gerundij, in Conjugatione Pihel, à Verbo דִּבֵּר, quod eſt, *locutus eſt*. vide cap. 14.

(מִרְמָה) *dolum*, nomen fœmininum Hemanticum. Deriuatur à Radice רָמָה, *fraudauit*. vide cap. 6. 6. 1.

ס

Verſus XIV.

בַּקֵּשׁ	טוֹב	וַעֲשֵׂה־	מֵרָע	סוּר
quære	*bonum*	*& fac*	*à malo*	*Declina*
		וְרָדְפֵהוּ׃		שָׁלוֹם
		& perſequere eam		*pacem*

(סוּר) *Declina*, Imperatiuus à Præterito סָר, ex Quieſcent. Hain Vau. cap. 26.

(מֵרָע) *à malo*. vide ſuperiore verſu.

(וַעֲשֵׂה־) *& fac*, Litera ו Seruilis eſt, ſignificans *&*; habet autem ſub ſe Patach, quia litera ſequens eſt Gutturalis. vox autem עֲשֵׂה, eſt

Impe-

Imperatiuus à Preterito עָשָׂה, *fecit*. vide inflexionem cap. 35. habet verò עֲשֵׂה pro Scheua ſimplici Scheua compoſitū ſub prima Radicali, quia ea litera Gutturalis eſt.

(טוֹב) *bonum*. vide ſupra ver. 8, & 12.

(בַּקֵּשׁ) *quære*, Imperatiuus in Conjugatione Pihel, à Præterito בִּקֵּשׁ *quæſiuit*. vide cap. 13.

(שָׁלוֹם) *pacem*, NOMEN à Verbo שָׁלַם, *pacificum eſſe*.

(וְרָדְפֵהוּ) *perſequere eam*, Imperatiuus cum Affixo à Præterito רָדַף, *perſecutus eſt*; Imperatiuus eſt רְדוֹף, *perſequere*: ſed propter AFfixum vertitur Scheua in Kametz chatuph, & Cholem in Scheua; & addito Affixo, fit רָדְפֵהוּ, cap. 45. 32. Nota etiam, illud הוּ eſſe Affixum proprium Verborum.

Digitized by Google

ע

Verſus XV.

עֵינֵי יְהֹוָה אֶל צַדִּיקִים וְאָזְנָיו
Oculi Domini ad iuſtos & aures eius
אֶל שַׁוְעָתָם׃
ad clamorem eorum.

(עֵינֵי) *Oculi*, Radix eſt עַיִן, *oculus*, in duali עֵינַיִם, *oculi*, & in Regimine עֵינֵי.

(אֶל) *ad*, Præpoſitio. vide ſup. ver. 5.

(צַדִּיקִים) *iuſtos*, à Verbo צָדַק, *iuſtus fuit*, fit Nomen צֶדֶק, *iuſtitia*, & צַדִּיק, *iuſtus*, in plurali צַדִּיקִים *iuſti*. cap. 9. 2.

(וְאָזְנָיו) *aures eius*. Radix eſt אֹזֶן, *auris*; in duali אָזְנַיִם, cum Affixo אָזְנָיו. vide de mutatione horum Punctorum c. 44. 19.

(שַׁוְעָתָם) *clamorem eorum*, à Verbo שָׁוַע, *clamauit*, fit Nomen fœmininum שַׁוְעָה, *clamor*, in Regimine שַׁוְעַת, cum Affixo

שועתם

שַׁוְעָתָם, *clamor eorum*. cap. 11. 19.

פ

Verſus XVI.

פְּנֵי יְהוָה בְּעֹשֵׂי רָע לְהַכְרִית
ad perdendũ malum in facientes Domini Vultus

מֵאֶרֶץ זִכְרָם׃
memoriam eorum. de terra

(פְּנֵי) *Vultus*, à Verbo פָּנָה *aſpexit*, fit nomen plurale פָּנִים, *facies*, *vultus*, & per metaphoram *ira*, *furor*, in Regimine פְּנֵי. vide ſupra verſu 5.

(בְּעֹשֵׂי) *in facientes.* Litera ב Seruilis eſt, deſeruitque loco Præpoſitionis *in*. vide cap. 39. 7. vox autem עֹשֵׂי eſt participium numeri multitudinis in Regimine, à Præterito עָשָׂה, *fecit*. Dicimus enim עָשָׂה, *fecit*, עֹשֶׂה *faciens*, עֹשִׂים, *facientes*; עֹשֵׂי רָע, *facientes mali*, ſiue *malum*, vt requirit Latina Syntaxis.

(רָע) *malum*. vide ſup. ver. 13.

(לְהַכְרִית) *ad perdendum*. Infinitiuus cum litera Seruili formatrice Gerundij, in Conjugatione Hiphil, à Verbo כָּרַת *excidit perdidit*. vide inflexionem, cap. 15.

(מֵאֶרֶץ) *de terra*. Litera מ ſeruit loco Præpoſitionis *de*, *ex*, *ab*; & habet Tzere pro Chirek, quia ſequens litera non eſt capax Daghes. cap. 39. 7. Vox אֶרֶץ eſt ipſa Radix, & ſignificat *terram* in genere.

(זִכְרָם) *memoriam eorum*, à Verbo זָכַר *recordari*, fit nomen זֵכֶר, *memoria*, זִכְרָם, *memoria eorum*. cap. 11. 18. de mutationem Punctorum: vide cap. 44.

צ

Verſus XVII.

צָעֲקוּ	וַיהוָה	שָׁמֵעַ	וּמִכָּל־
Clamauerũt	*& Dominus*	*audiuit*	*& ex omnibus*
	צָרוֹתָם		הִצִּילָם׃
	anguſtiis eorum		*eruit eos.*

(צָעֲקוּ) *Clamauerut*. Tertia perſona Præteriti pluralis Kal Verbi צָעַק, *clamauit*. Habet au-

autem ſub ſecunda thematis Scheua compoſitum pro ſimplici, quia ea litera Gutturalis eſt.

(שָׁמֵעַ) *audiuit*, vide ſupra ver. 6.

(וּמִכָּל־) *ex omnibus*; vide ſup. ver. 4:

(צָרוֹתָם) *anguſtiis eorum*, à Verbo צוּר fit nomen צָרָה, in plurali צָרוֹת cum Affixo tertiæ perſonæ pluralis צָרוֹתָם, c. 11. 19.

(הִצִּילָם) *eruit eos*, à Radici נָצַל fit in Hiphil הִצִּיל, vide cap. 18. & cum Affixo הִצִּילָם.

ק

Verſus XVIII.

קָרוֹב יְהוָה לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב וְאֶת־דַּכְּאֵי־

attritos & corde contritis Dominus Propinquus

רוּחַ יוֹשִׁיעַ׃

ſaluabit. ſpiritu

(קָרוֹב) *Propinquus*. Nomen à Radice קָרַב, *appropinquauit*.

(לְנִשְׁבְּרֵי־) *contritis*, Litera ל Seruilis eſt,

ſer-

Digitized by Google

ſeruitque pro Articulo datiui caſus cap. 8. 12. &c. 39. 7. vox autem נִשְׁבְּרֵי eſt Participium numeri multitudinis, in Regimine, à Verbo שָׁבַר, in Conjugatione Niphal. Dicimus enī שָׁבַר, *contriuit*. Inde in Niphal נִשְׁבַּר, *contritus eſt*. Inde Participium נִשְׁבָּר, *contritus*. In plurali נִשְׁבָּרִים, *contriti*, in Regimine נִשְׁבְּרֵי.

(לֵב) *corde*. Radix eſt לֵבָב, quod eſt Nomen integrum, & *cor* ſignificat. Inde per contra-ctionem dicitur לֵב, & idem ſignificat.

(וְאֶת־) Articulus eſt accuſatiui. vide cap. 8. 12.

(דַּכְּאֵי־) *attritos*, à Verbo דָּכָא, quod in Pihel ſignificat *attriuit*, fit Nomen דַּכָּא, *attritus*, in plurali דַּכָּאִים, *attriti*, in Regimine דַּכְּאֵי.

(רוּחַ) *ſpiritus*, à Verbo רָוַח, quod eſt *reſpirauit, dilatauit*, fit Nomen רוּחַ, *ſpiritus, ventus, mens*, eſtque Nomen fœmininum habens in plurali רוּחוֹת, c. 4. 6. c. 10. § 9. 4.

(יוֹשִׁיעַ) *ſaluabit*, Futurum Hiphil à Radice יָשַׁע: vide ſuprà ver.6

ר

Verſus XIX.

רַבּוֹת רָעוֹת צַדִּיק וּמִכֻּלָּם

Multæ afflictiones iuſti & ex his omnibus

יַצִּילֶנּוּ יְהוָה׃

eruet eum Dominus

(רַבּוֹת) *Multæ* à Verbo רַבַב *multiplicauit*, fit Nomen רַב, *multus*; רַבִּים, *multi*; & in fœminino רַבָּה, *multa*; in plurali רַבּוֹת, *multa*. vbi Punctum Daghes eſt propter defectum alterius ב Radicalis. v.cap.19.

(רָעוֹת) *mala, afflictiones*, à Verbo רוֹעַ, *malus fuit*, fit Nomen רַע, *malus*; רָעִים *mali*; רָעָה *mala*; רָעוֹת *malæ*, Remanet autem vbique Kametz ſub prima Radicali, ad ſignificandum defectum ſecundæ Radicalis. vbi etiam notandum, tam רַע, quàm רָעָה accipi in Scripturis, & pro Adiectiuo *malus* & *mala*, & pro Subſtantiuo *malum*, ſeu *malitia*, ſiue *afflictio* v.v.13.

(צַדִּיק) *iuſti*, vide ſup. ver.15.

(וּמִכֻּלָּם) *& ex his omnibus*, litera Vau eſt Seruilis, ſignificans *&*, habetquè Punctum in ventre, quia litera ſequens eſt Labialis. vide verſu 13 וּשְׂפָתֶיךָ. Litera מ eſt etiam Seruilis, ſignificans *ex*, habetque Chirik ſequente Daghes, quia integra Præpoſitio eſt מִן, ſed vltima litera ornatus gratià abiicitur, & eius defectus notatur per Daghes infixum in ſequenti litera. vide cap.3.8. Illud autem כֻּלָּם compoſitum eſt ex כֹּל, id eſt, *omnes*, & הֵם, id eſt, *ipſi*. Et quidem כֹּל, de quo ſuprà verſu 1. cum Affixis mutat Cholem in Kibbutz, quia tunc incipit apparere Daghes forte quod latebat in litera Lamed; ob defectum alterius ל Radicalis; Radix enim eſt כָּלַל, *perfecit*, nec poteſt commodè ante daghes forte poni longum Punctū. Itaque ex כֹּל, & הֵם, fit כֻּלָּם. c.3.10.

(יַצִּילֶנּוּ) *eruet eum*, à Radice נָצַל fit Præteritum in Hiphil הִצִּיל, *eruit*, inde eſt Futurum יַצִּיל, *eruet*, & cum Affixo יַצִּילֶנּוּ *eruet eum*. vide ſupra ver.4.

Ver-

ש

Verſus XX.

מֵהֵנָּה	אַחַת	עַצְמֹתָיו	כָּל	שֹׁמֵר
ex eis	*vnum*	*oſſa eius*	*omnia*	*Cuſtodiens*
	נִשְׁבָּרָה׃		לֹא	
	eſt contritum		*non*	

(שֹׁמֵר) *Cuſtodiens*, à Præterito שָׁמַר, *cuſtodiuit*, fit Participium שׁוֹמֵר, *cuſtodiens*; quamquam etiam rectè vertitur *cuſtodit* à D.Hieronymo, & à 70. Interpretibus, quia Hebræi ſæpè vtuntur Participio pro Præſenti, quo carent: vide cap. 12. 8.

(עַצְמֹתָיו) *oſſa eius*, à Verbo עָצַם *roborauit*, fit Nomen עֶצֶם, *os*, *robur*, *fortitudo*, in plurali עֲצָמִים & עֲצָמוֹת, *oſſa*; inde cum Affixo עַצְמוֹתָיו, *oſſa eius*.

